


A U I



1 6 0 7

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

No. 8.



QVÆSTIO,
AN SICVT FRATER
AB VNO LATERE,
ITA ET EIVS LIBERI, RELI-
QVIQVE TRANSVERSALES OMNES,
quorum cum eo, de cuius successione intestata quæri-
tur, cognatio *μὲν ὀπίσθεν* est, in gradum ulterio-
rem iure Saxonico trans-
eant?

DISPUTATA A
IOANNE FRIDERICO *Lignicenses Silesio,*
I. V. CANDIDATO.

Adiectum est eiusdem argumenti consilium D. Tilemani
ni Brandes, cum subscriptione cū aliorum, tūm et-
iam Dn. Ioannis Lindemanni & Simonis Pistoris I. V.
Doctorum, & facultatis iuridicæ Lipsensis Ordinario-
rum quondam clarissimorum.

*Præterea in hoc Opusculo plurimæ tam ad successionis quàm etiam
consuetudinis materiam pertinentes Quæstiones, quæ non tan-
tum in Foro Saxonico, verùm ubiuis locorum quotidie occurrunt,
ex Iure Communi doctè & eleganter explicantur.*

Cum Gratia & priuileg. Cas. Maiest. ad decennium.

FANCOVRTI,
Impensis Petri Kopffij, & Typis
Martini Lechleri.

M D X C I I I.

O V E R S T I O

A N N O 1 7 0 7

T E R A B V N O J A T E

R E T A E T I V S L I B E R I E T

C O M M U N I T A T I S A R T I S

P O S T U L A T O R I U M

D I S S E R T A T I O

J O H A N N E S F R I D R I C H

V. C. C. A. D. D. A. T. O

A U G U S T I N I A N A

A C A D E M I A

P H I L O S O P H I C A

P R O P O S I T I O

D E

...

...

...

...

...

...



31
G E N E R O S O , N O B I -
L I T A T E G E N E R I S I L L V -
S T R I E T S T R E N V O V I R O , H E N -
r i c o R a n z o u i o , D o m i n o i n B r e d e n b e r g ,
D r a k e n b u r g , R i n t e l e m , & c . P r o r e g i &
E q u i t i H o l s a t o , D o m i n o s u o
s u m m è c o l e n d o ,
S . D .



*Q*UOD si unquam, nobilissime
vir, de infinitis & amplissimis
Dei beneficiis, quæ in nostrum
usum & commoditatem redun-
dant, questio incideret; quod-
nam eorum immensum ipsius amorem erga ge-
nus humanum potissimū arguat (singula quip-
pe euidenter arguunt) aut undenam cognosci
possit, omnia in hoc mundo singulari Dei pro-
uidentia geri & administrari: sanè tam exi-
miorum beneficiorum si delectus habeatur aut
haberi permittatur, hoc unum euidentissimè
omnium insignem Dei amorem & curam erga
homines arguere videtur; quod inde à primor-
dio mundi ipsius benignitate semper floruerunt
viri magnanimi & Heroes insignes, corporis
ac animi bonis præ aliis conspicui, quorum au-

A 2 tori-

toritate & prudentia Rerumpubl. tranquillitas substitit, quiq; iisdem non tam in promulgandis legibus quam in coercenda barbarie, tanquam negotiatores & dispensatores præfuerunt: qui insuper aliis morum gravitate, prudentia & vitæ integritate præluxerunt, ac proinde Exemplaria quasi fuerunt, in quæ intuentes alij vitam & mores suos fædè conspurcatos à virtus repurgarunt, vitæq; excolendæ laborem impenderunt. Et sanè ad excitandum in animis hominum amorem virtutis, huiusmodi exemplaria plurimum habent momenti. Cum enim homo (cuius mens hoc habet quasi peculiare & innatum, ut spiritus humilibus ad altiora rapiatur) videt, quæ præmia eos, qui vitam cum virtute congruentem transigunt, maneant, quòd videlicet sepe ex infimo loco & miseranda seruitute, ad opes, ad honores, ad dignitates & imperia prouehuntur, clarissimis quinetiam nominibus insigniuntur, dum eos Nobiles, Generosos, Illustres, &c. appellamus; adhæc non tam viui quam vita defuncti præclaris elogiis illustratur, nec sanè immeritò; Quis enim virtutem amplectitur ipsam, Præmia si tollas: Secus verò illi, qui à tramite virtutis se patiuntur abduci, quippe qui sepe ex summa felicitate atq; amplissi-

Iuuenalis Sat. I.

amplissima rerum possessione ad inopiam & miserandos casus deoluuntur, funestumq; ac luctuosum exitum nonnunquam sortiuntur. Has inquam in vita humana vices earumq; causas si homo virtutum studiis non deditus videt, ac altius secum reputat, omni cunctatione remota, torpore quasi veternoq; excusso, omne studium, curam & diligentiam in eo ponit, ut vitam & mores virtutum regulis conformet; atque ut in Nobilium numerum cooptari mereatur, omnibus viribus contendit. Quæ quidem contentio nõ est improbanda, quin potius summis laudibus euehenda. Est enim Nobilitas summum & præclarum hominis ornamentum, eoq; præclarior, quia est expers mortalitatis. Non enim est tam momentanea, ut brevi tempore duret, aut cum cultore suo simul intereat, quinimò ad posteros hereditaria successione transit. In pro patulo siquidem est, quod filij Nobilium ab ignobilium liberis si non ex aliis indiciis, vel ex facie, in qua ut plurimum generositas quædam elucet, sæpe dignoscuntur: unde etiam felicior quàm alij, maiorum suorum vestigiis insistent, eorūq; virtutes imitantur, tum quia ab eis educantur, amantur, ipsiq; vicissim amant (nihil enim tam unit & assimilat quàm

amor mutuus) & à teneris in eorum vitam & mores oculos continenter habent defixos, unde consuetudo in naturam abit; tum verò quia in ipso seminio naturæ quaedam inest similitudo. Hinc eleganter Homerus de Telemacho Ulyssis filio: Instillata patris tibi virtus. Nec obstat proverbium, quo Heroum filios noxas esse iactatur: non enim tollit innatam generositatē, sed quodammodo carpit quorundam peruersitatem, qui cum non habeant de quo conquerantur, quo minus possint inclarescere, tamen à virtute maiorum, vel quia diuitiis, quibus plerunq; abundant, nimium confidunt, vel quia ab aliis seducuntur, desciscunt. Verum enim verò quo minus degenerēt animi illorū, bonis moribus sunt imbuendi, & ad malitiam aditus ipsis est precludendus. Vt enim ager natura fœcundus, nisi agricolæ labore & industria colatur, in lolium, sic generositas Nobilium liberis congenita, nisi continuè exercitiis virtutum foueatur & excitetur, in beluinam ferocitatem degenerat. Id ipsum autem maturè fieri præstat, cum adhuc ætas disciplinarum est capax. Quæ enim primis annis hauriuntur, tenacius adherent, & adolescens, quam viam ingressus est, eam in ætate senili non deseret, inquit Salomon Prouerb. 22.

Absur-

*Absurdè igitur quidam Sophista, ut scribit Plutar-
 archus in lib. pro Nobilitate, contrà quàm in
 cæteris animantibus & stirpibus etiam obser-
 uatum est, homini nihil ad futuram successio-
 nem generis, nobilitatem conferre putant: sed
 tantundem valere siue barbaram siue Græcam
 originem: neq; credunt, latentia quædam prin-
 cipia & semina virtutis in generatione liberis
 communicari. Porro dato (nequaquam tamen
 concessio) quod generatio ad felices in virtute
 progressus nihil conferat, animus tamen quo
 quisq; originem suam æstimat, & maiorum glo-
 riam atq; exempla secum reputat, ad imitatio-
 nem inuitat. Magnum itaq; est, nobilem nasci:
 sed maius, si quis auitam & hereditariam glo-
 riam tuetur, ac maioribus suis se dignum præ-
 stat: talis enim non tantum nobilis, sed genero-
 sus quoq; dicitur. Illud hereditarium est, hoc ve-
 rò proprium. Nobilior insuper generosiorq; di-
 citur, qui non modo ab honestis progenitorum
 institutis non recedit, sed multis aliis virtuti-
 bus eadem decorat atq; adauget; ac talis autho-
 ri istius familiæ gloriæq; par existimari mere-
 tur. Deniq; nobilissimus dicitur, qui non illis
 modo virtutibus, quæ in conspectu publico &
 actione versantur, & quas quilibet sana men-*

tis, mediocri conatu utcunq; potest prestare, ut
 sunt Iustitia, Prudentia, Temperantia, &c. Sed
 altioribus quoq; quæ extra humanas vires sunt
 posita, & tantum heroicis naturis competunt,
 ut sunt, quæ in doctrina & contemplatione re-
 rum cum naturalium tum diuinarum abdu-
 tur, & per quas Deo similes efficimur, excellue-
 rit. Porro hunc bonorum aceruum vir nobilif-
 sime, idcirco hic recenseo, quoniam in Generos.
 T. illum à Deo ter Opt. Max. inter paucissimos
 mortalium cumulatissimè collatum esse intelli-
 go. Tu etenim Nobilitatem à clarissimis paren-
 tibus de Rom. Imperio optimè meritis, adeptus,
 ita virtutibus tuis, pietate, humanitate, sum-
 ma vitæ integritate & cæteris adauxisti, ut
 verè Nobilis & summum familiae tuae decus
 prediceris. Tu nō tantum in prima statim pue-
 ritia artes quasuis humaniores es sectatus, sed
 etiam adhuc ingrauescente ætate, in summa
 Reip. luce & communi omnium bono, iisdem in-
 desinenter incumbis; quinetiam singulare inge-
 nij tui acumen eo ipso ostendis, quòd easdem ar-
 tes ac disciplinas tersiores atq; locupletiores li-
 terarum monumentis consignatas posteritati
 relinquis. Tu doctrina & sapientia in Iuris ac
 legum totiusq; Rerum public. administrationis
 studiis

P R Æ F A T I O. 9

*studii adeo profecisti, ut merito exemplar ad
idem fastigium tendentibus proponi debeas.
Tu deniq; beneficio memoriae, variarum lingua-
rum (ut fama est) felicissimè tibi comparasti co-
gnitionem; id quod tamen raris concessum est,
ut qui ingenij acumine excellunt, iidem memo-
riae fecunditate quoq; latentur. Tantas autem
tamq; admirandas naturae dotes, quibus à Deo
Opt. Max. affatim excultus ac cumulatè exor-
natus es, quis non admiretur ac suspiciat, soli-
disq; Encomiis prosequatur, quis fauorem tuum
non unicè optet? Ego sanè iam pridem nihil a-
liud in votis habui, quàm ut mihi aditum ad fa-
uorem tuum pararem, sed nullam potui inueni-
re viam. Tandem autem hæc ratio mihi visa est
optima, si publico aliquo testimonio testarer,
quanti T. G. facerem. Hunc itaq; Ioannis Fri-
derici Lignicensis Iurisconsulti laudatissimi,
Tractatum, quem ut Typis excuderem, docti
quidam viri, quorum autoritatem spernere mi-
hi fas non est, hortatores fuerunt, cum prælo
essem commissurus, de Mecænate quodam, sub
cuius tutela in publicum exiret, mihi prospici-
endum fore, res ipsa postulabat: tantam au-
tem qui afferre posset autoritatem atq; tu, in-
uenire potui neminem. Offero itaq; & dedico*

G. T.

G. T. Tractatum hunc, quem tibi viro ut literatissimo, ita maximè φιλοβιβλω non ingratum fore spero, obnixè rogans, ut id quod offertur, pro eximia tua & iam senili prudentia dextrè interpreteris. Quod si factum fuerit, satis me affecutum arbitrabor. Deus Opt. Max. G. T. non tam ad literarum & literatorum, quam Reip. salutem quàm diutissimè florentem & incolumem conseruet. Francofurti ad Mœnum, 26 Februarij, Anno redempti orbis 1593.

T. G.

Addict.

Petrus Kopffius ciuis &
Bibliopola Francofur-
tensis.

QVÆ-

QVÆSTIO;

DE GEMINO INTEL-
LECTV ARTIC. III. LIB. I.


SPECVLI SAXONICI, HOC EST,
*quatenus verum sit, ἐπεροθαλείαν iure Saxonico
in gradum ulteriorem transportare, seu, vt
Germanica phrasis habet, Daß die halbe*

*Geburt ein Gesüppe verri-
cke/oder fortsetze.*



ORITVR Titius relictis
post se duobus fratribus pa-
truelibus, filiis nimirum fra-
tris sed cōsanguinei saltem
patris sui, & vno consobri-

no, filio scilicet fororis eiusq; ἀμφιθαλῆς ma-
tris suæ, vt ex sequēti schemate videre est.



Hi quamuis iure ciuili sine omni pla-
nè dubio in pari gradu, quarto nempe, Ti-
tio coniuncti sint. §. quarto gradu. Instit.
de gradib. cogn. l. Iurisconsult. 10. §. quar-
to gra

to gradu. ff. eod. ideoq; ad successionem eius ab intestato in capita pariter vocentur, nulla vinculi duplicitate attēta. auth. post fratres. 2. & ibi omnes dd. C. de legitim. hæred. Bart. in l. 2. §. legitimi. nu. 1. de suis & legitim. Michaël Grassus in §. successio. quæst. 33. Quia tamen casus eiusmodi in loco contigit, vbi viget ius Saxonicum, iuxta cuius artic. 3. lib. 1. frater sororve *ἐπεροθαλῆς* in gradum transit remotiorem: capropter consobrinus ad paritatem gradus, & sic par successionis ius fratres defuncti patruelles nō vult admittere, sed ob id, quod Titio vnico saltem vinculo coniuncti sint, in gradu ipsos vltiore quàm se, quinto scilicet, constitutos, eaq; ratione hæreditatem relictam sibi soli, tanquam vno gradu proximiori, delatam esse asserit. Negant hoc patruelles, textumq; ex iure Saxonico adductū ad præsentem facti speciem minimè allegari aut extendi posse contendunt. Pro decisione itaq; huius controuersix in quæstionem vocatur; vtrum dispositio d. artic. 3. lib. 1. Spec. Saxonici ad personam fratris sororivve *ἐπεροθαλῆς*, de qua duntaxat in sua literalo-

ra loquitur, restringenda, an verò ad eiusdem quoq; filios, & in genere ad omnes, quorum cum eo, cuius de successione intestata quæritur, cognatio *μονόπλευρος* est, porrigenda, atq; ita & hi in vnum; quàm quidem sunt alij ab vtroq; latere coniuncti, gradum remotiorem transportandi sint? Et prima sanè fronte, vt Celsi verbis in l. quingenta. i 2. de probat. vtar, videri poterat, partē affirmatiuā propositæ quæstionis, sic intentionē consobrini, optimo iure niti. Quãuis enim (quod obiici statim posset) verum sit, disertis & expressis verbis nullibi in iure Saxonico cautum esse, quod tam frater *ἑτεροθαλής*, quàm eiusdem filij ac reliqui ab vno saltem latere cognati in gradum vltiorem, quàm sunt cognati *ἀμφιθαλῆς*, collocari debeant: constat tamen & hoc, pro expresso non tantum id habendum esse, quod verbis specificis disertè expressum est, sed etiam id, quod ex mente rationeue specificè expressi cōsequitur, arg. l. nominis & rei 6. §. i. de ver. signific. & l. 5. C. de legib. Felin. in c. super quæstione. in princ. num. 3. vers. illud dicitur. extra de offic. deleg. vbi post Abb. & alios

Rationes
 dubitan-
 di.

& alios docet, manifestè illud ex scriptura constare dici, quod virtualiter ex ea elicitur, quod pluribus etiam comprobatur Menoch. remed. 4. adipisc. possess. num. 125. 126. & 215. Ideoq; instrumentum, vtut non minus quàm statutum (quale est ius Saxonicum) stricti iuris sit. tex. & ibi Bal. in l. ad probationē. 21. C. de probat. Socin. consil. 73. n. 4. vol. 1. Rebuff. ad constit. regni Galliā tomo 1. tit. de liter. oblig. artic. 1. gloss. 9. n. 31. nō solūm illud p̄bare dicitur, quod in eo directè continetur, sed etiam quod indirectè colligitur per necessariam cōsequentiam, secundū notata Abbatis in ca. cum olim. 19. ad verbum, patebat expressè, extra de censib. & Iason in l. prætor ait. num. 4. de acquiren. possess. Verūm ita est, quod comprehensio descendentium fratris ἐπεροθαλῆς sub dispositione d. artic. 3. pluribus vtique modis ex his, quæ expressè per legislatorem Saxonicum constituta sunt, non leui aut obscura, sed forti admodum manifesta que consequentia videatur posse colligi. Patet hoc primūm ex eo, quod in ipso d. artic. 3. his verbis statutum reperitur: *Indistinctorum fratrum filij in*

lij in membro annexionis brachij & corporis ad iuncturas scapularum reponuntur: Hic primum gradum constituimus, in quo sunt fratrum sororumve liberi. Quippe quod hic fratrum indistorum filij in membro annexionis brachij & corporis ad iuncturas scapularum, & sic in primo, qui hoc membro designatur, gradu collocantur, eo ipso filij fratrum distictorum seu ab vno latere in gradum vltiorem transponuntur. Aliud quippe si dicatur, verbum *indistorum* frustratorie erit vsurpatum, effectumque aliquem non habebit. Sed ea semper interpretatio quarumcunque dispositionum capienda est, vt verba aliquid operentur. l. 4. de vsur. l. si quando quis. ii. 2. de legat. i. l. i. in fine. ad municipal. etiam in materia pœnali, odiosa, & in genere, vbi verba strictè interpretanda sunt. Dec. in c. cum ordinem. nu. 4. de rescript. litis. Crauetta conf. 135. incip. verba. n. 24. conf. 201. incip. præsupponitur. num. 13. conf. 272. incip. nobilissimus. nu. 7. & conf. 294. incip. verba transactionis. num. 3. adeo vt priusquam verbum aliquod nihil operetur, improprie & contra eius naturam intelligi de-

ligi debeat. c. si ciuitas. 17. de sentent. ex-
 commu. in 6. Abba. in ca. finali. num. 8. de
 præbend. Dec. consil. 84. incip. patrocini-
 o. num. 2. & consil. 69. incip. visis duo-
 bus. num. 5. versic. non obstat secundum.
 volum. 1. ne scilicet, si nihil operetur, pro
 ludibrio & elusoriè appositum censi
 possit, quod esse non debet, secundum
 Crauet. d. consil. 135. num. 24. per l. final.
 §. non autem. C. de curat. fur. & ca. cum
 missa. 35. §. porrò. de elect. in 6. Hippolit.
 de Marsiliis latissimè in repetit. rubricæ de
 fideiussorib. num. 195. vsque ad nu. 202.
 præsertim hîc, vbi id quod ex verbo *indi-*
stinctorum infertur, resultat à contrario
 sensu, qui est mens legis, ac ideò pro lege
 accipitur. l. qui testamento. 20. §. eum qui
 lege. & ibi gloss. verbi, argumento. de te-
 stam. l. si quis locuples. 57. de manumiss.
 testam. in fine, vbi id, quod à contrario
 sensu cõstat, apertissimè cõstare Iurecon-
 sultus ait. Non aduersatur vulgatũ illud,
 per subauditos vel tacitos intellectus, &
 sic etiam per argumentationẽ à contrario
 sensu, correctionẽ iuris induci non posse,
 vt vult glossa ab omnibus communiter
 appro-

approbata in cap. cupientes. 16. §. quod si
 per viginti. in verbo, petere. de elect. in 6.
 Alciat. lib. 2. de verbor. significat. n. 34. 35.
 Quando enim statutum in sensu directo
 nihil operaretur, argumentatio à contra-
 rio sensu ad correctionem iuris commu-
 nis procedit, ne scilicet statutū sit super-
 fluum, vt tradit Iason in l. 1. nu. 50. de offic.
 eius cui mand. est iurisd. & in l. 1. num. 11.
 si quis ius dic. non obtemp. Tiraq. de retr.
 conuent. §. 2. glos. 1. num. 2. latè Schurpff
 consil. 37. num. 6. & 7. centur. 3. vbi inter
 cætera hanc exceptionem seu fallentiam
 exēplificat decisione Cyni & Dyni, quam
 etiam sequitur Bald. in l. conuenticulam.
 C. de episcop. & cler. & Ias. in d. l. 1. num.
 51. de offic. eius cui mand. est iurisd. & in
 l. si emancipata. num. 4. C. de iur. & facti
 ignorant. quod scilicet stante statuto (vt
 Florentiæ) *fœminas non extantibus masculis*
ab intestato succedere patri debere, fœminæ,
 extantibus masculis, contra iuris ciuilibus
 dispositionem, patri ab intestato non suc-
 cedant, eò scilicet, quod aliàs statutum in
 sensu directo futurum esset planè frustra-
 torium. Quæ vtique decidendi ratio cum

B in

in citato versiculo. d. artic. 3. locum non minus repertura fit, si verbum *indistinctorum* ad excludendos filios fratrum distinctorum ab eodem membro & gradu positum non accipiatur, dicendum certè, satis rectè vi eius non tantum ipsum fratrem sororemve *ἑτεροδαλῆν*, sed & liberos utriusque in gradum vltiorem transponi, vtut inde correctio iuris ciuilibus consequatur.

- II. Comprobatur hoc secundò argumento art. 20. lib. 2. Spec. Saxonici, vt in quo frater distinctus cum filiis fratris indistincti quoad hereditatem percipiendã expressè æqualis pronunciat. Si namq; vltior ille gradus; de quo in d. art. 3. loquitur ius Saxonicum, ad solum fratrem *ἑτεροδαλῆν* (de sorore idem semper intelligendum) restringendus, in descendentes autem ab eo minimè connumerandus est, fieri aliter vix potest, quin hac ratione fratri ab vno latere cum eius filiis, & filiis fratris indistincti eũdem gradum assignare, & propter gradus paritatem par quoque succedendi ius tribuere æqualiter oporteat, per regulam d. art. 3. vers. qui à primo, & artic. 17. lib. 1. Spec. Saxonici. Seposito namque
remo-

remotiore illo, in quem frater *ἑτεροθαλής* transponitur, gradu, quis est qui non videt, filios eiusdem & filios fratris *ἀμφιθαλῆς* sine omni omnino controuersia in eundem gradum collocandos esse? Sed præterquam quod ius Saxonicum in allegato artic. 20. disertè fratrem solummodò distinctum, & filios fratris indistincti pro æqualibus in iure successionis & gradu habet, eoq; ipso filios eiusdem fratris ab vno latere ab ea æqualitate remouet, per vulgatū illud, quòd vnus inclusio sit alterius exclusio. l. cum prætor. 12. de iud. & dispositio includens vnā personam censetur excludere alteram. Bar. in l. 2. §. videntum, n. 2. ad Trebell. Ripa in l. 1. n. 161. de vulg. & pup. subst. Menoch. in tract. præf. lib. 4. præsum. 89. nu. 115. absurdum etiam planè est, & ab omni iuris & naturæ ratione alienū, filios cum patre in eundem gradum velle collocare, & per hoc generās & generatū quasi confundere: vt taceam, q̄ hoc ipsum quoq; cōtra manifestam ipsius iuris Sax. quam in cōputandis gradib. cognationis adhibet, rationē futurum esset. Demto etenim gradu in quo est frater di-

B 2 distinctus,

distinctus, non minus quàm ius ciuile regu-
 lam. §. finalis. Instit. de grad. cognat. quod
 nimirum generata persona nouum sem-
 per gradum adiiciat, constanter (velut ex
 d. art. 3. in versic. hîc primum, & seqq. vi-
 dere est) obseruat, ab eaque nullibi disce-
 dit. Vt ergo in sua hac computandi gra-
 dus iuri communi consonante ratione
 saluum & integrum seruetur, & ab omni
 absurdo & inconuenienti; quod in inter-
 pretatione cuiusuis dispositionis fugien-
 dum semper & amouendum est, vindice-
 tur, exemplo Iurisconsultorum in l. 4. §.
 finali. vers. est enim perquam absurdum.
 de offic. proconsul. l. siue hæreditaria. 23.
 de negot. gest. l. si quis. 6. §. prætor ait. vers.
 & absurdum est. de edendo. l. etsi. 6. in fi-
 ne, iuncta l. seq. de bon. libert. quibus non
 putet vigore d. artic. 20. gradum illum in
 quo est frater distinctus vltiorem in de-
 scendentibus ipsius necessariò connume-
 randum esse? Idque eò magis, quòd tertio
συναείδυνος hæc ex præfato art. 20. alia ad-
 huc, & sic duplici ratione consequatur,
 arguendo nimirum ex regula illa, quod
 id, quod de vno proportionali dicitur re-
 spectu

spectu ad aliud, rectè etiam dicatur de al-
 tero respectu reliqui. Instit. quod cum eo
 qui in alie. potest. est. in princip. l. de qui-
 bus. 32. & ibi Angel. not. de legib. l. suffi-
 cit. 55. iuncta gl. verbi, ita prorsus. de con-
 dict. indeb. l. si filius familiars. 14. & ibi gl. &
 Alex. si cert. pet. cum de similibus ad si-
 milia idem sit iudicium. c. inter cæteras.
 4. in fine. de rescript. c. 2. de translat. episc.
 c. cum secundum apostolum. 15. de præ-
 bend. c. in causis 19. de re iud. Quæ nam-
 que ratio est fratris distincti respectu fi-
 liorum fratris indistincti, eadem sit neces-
 se est filiorum fratris indistincti respectu
 nepotum fratris indistincti, & cõsequen-
 ter vlteriorum; ea scilicet consequentiæ
 ratione, quod vtroque eadem est habi-
 tudo causæ procreantis ad suum procrea-
 tum effectum. At liquet, quod frater di-
 stinctus respectu filiorum fratris indistin-
 cti in gradum remotiorem tertium nimi-
 rum collocetur, eoque æqualis illis saltem
 in d. art. 20. constituatur. Sicut ergo frater
 ἑτεροδαλῆς gradus illius, quam quidem iure
 ciuili habet, prærogatiuam aduersus filios
 fratris ἀμφιδαλῆς non potest obtendere: ita

B 3 obten-

IV.

obtendere eundem vi d. artic. 20. non poterunt filij fratris *ἑτεροδαλῆς* aduersus nepotes fratris *ἀμφιδαλῆς*, aliosque ab utroque latere cognatos. Ac fanè, quod euitari non possit, quò minus *ἑτεροδαλεία*, quæ fratri distincto ad hoc, quod propterea ipsi in gradum remotiorem transeundum est, nocet, descendantibus ab eodem similiter causa transitionis in gradum itidem vltiorem esse debeat, id docet etiam quartò naturalis & ciuilis ratio, quod nempe, cū causatum sequatur naturam suæ causæ. Menoch. in tract. de præsumt. lib. 1. quæst. 39. num. 12. per l. vlt. C. de naturalib. liber. & c. principatus, i. q. 1. impossibile sit effectum suâ causa esse meliorem, sed radice infectâ, infectum omne esse quod inde descendit. l. finali. Cod. de natural. liber. Hartm. Pist. lib. 2. quæst. iur. ciuil. & Sax. par. 2. quæst. 34. num. 5. per l. si viua matre. C. de bon. matern. l. 1. §. eius rei. de offic. eius cui mand. est iurisd. l. tria prædia. de seruit. rustic. prædior. & not. Baldi in l. finali, in fine, C. de verbor. sign. & in l. quoties, C. de suis & legit. ideoque quod obstat prædecessori, & successoribus obstare
necessè

necesse sit, cū successor meliore quàm
 is cui successit conditione vti non debeat
 nec verò possit. l. hæredem. 59. de reg. iur.
 & quidem regulariter in omnibus iuris
 capitibus. Ita enim mala fides, quæ obsti-
 tit defuncto in præscribendo iure præ-
 fertim canonico, c. vigilantibus. sup. & c. fin.
 ext. de præscr. c. 2. ext. de reg. iur. in 6. cui
 etiã in foro ciuili tãquam in materia pec-
 cati hoc casu statuitur. Ias. Ferrariens. Olden-
 dorp. Ang. Francisc. Balb. & Alciat. relati
 per Mynsing. centur. 4. obseruat. 6. in tan-
 tum obstat & nocet successoris eius præ-
 fertim vniuersali, vt is rem; quam præscri-
 bere ipse defunctus non potuit, præscri-
 bere nec tum possit, quando præscriptio-
 nem à seipso bona cū fide inchoare, nul-
 laque accessione eius temporis, quo res,
 cuius de præscriptione agitur, à defuncto
 possessa est, vti vult. l. cum hæres. 11. de di-
 uers. temp. præscr. Fel. in c. si diligenti. nu.
 6. de præscript. latifs. Balb. in tract. de præ-
 script. par. 2. part. ter. princip. q. 6. n. 20. &
 q. 12. n. 12. quibus in locis hæc opinionem
 in præscriptione etiã longissimi & imme-
 morialis temporis veram & communem;

B 4 à qua

à qua iudicando & consulendo non sit recedendum, testatur, & consentit Mynsin. d. obseru. 6. centur. 4. Sic in contractibus regulæ generalis est, quod id, quod ipsis qui contraxerunt, obstet, & successoribus eorum obstare debeat. l. quod ipsis. 185. de reg. iur. Eaq; propter si inter duos socios pactum de non diuidendo rem communem intra certum tempus initum sit, & alter interea partem suam vendat alteri, qui eam antè, quàm autor suus diuideret, diuidi secum postulet, hoc in casu pactum quod ipsi vèditori obstaret, emptori quoque obstiturum rectè respondet Vlpianus in l. idemque 16. §. 1. pro socio. In doctrina delictorum quãuis verum quidem sit, quod nota infamiæ iuris, quæ testimonio paterno omnem fidem adimit, adeoque à testimonio ferendo planè repellit. l. 3. §. lege Iulia. de testib. l. 2. de senator. & communem esse testatur Ias. in lectura secunda l. cunctos populos. num. 43. C. de sum. trinit. & fi. cathol. & Francisc. Viuius libro 1. commun. opinionum, opin. 357. filios similiter intestabiles non faciat, cùm pœna ad hæredes, propinquos, notos & fami-

familiares non transeat, sed in eo, in quem constituitur, desinat. l. si poena. 2. & l. fancimus. 22. C. eod. negari tamen non potest, quin crimen vitiumque paternum eam de filiis procreet opinionem, ut eadem malitiâ laborare, talesque, quales ipsi eorum patres sunt, esse aut futuri præsumantur. l. quod si nolit. 31. §. qui mancipia. iuncta glos. de ædil. ed. l. cum vnus. 10. iuncta gl. verbi, domum. de alim. & cibar. legat. latè Menoch. in tract. præsumt. lib. 5. præsum. 38. & lib. 6. præsum. 58. num. 6. 7. 8. adeò quidem, ut propterea filij presbyterorum à sacris arceantur, quod nimirum luxuriæ incontinentiæque paternæ fore credantur imitatores. c. 1. distinct. 56. & cap. venerabilem, vbi Abb. de elect. Imò eandem ob causam non tantum ad filios, sed & ad nepotes poena quoque, qua ob crimen læsæ maiestatis afficitur auus, trāseat. l. quisquis. & ibi Alber. num. 9. Salic. q. 3. C. ad l. Iul. maiest. Gig. in tract. de crimi. læsæ maiest. par. vlt. quæst. 15. num. 17. & Didac. lib. 2. variar. resolut. cap. 8. num. 2. versic. primum, refert & sequitur Menoch. de præsum. 38. num. 12. 13. 14. 15. In

successionum tractatū indubitata est con-
 clusio, quod vitium illegitimitatis exclu-
 dens filium naturalem tantū à legitima
 patris successione, excludat existente so-
 bole legitimā, eiusdem quoq; nepotem,
 vtut ex legitimo matrimonio prognatū,
 cum nulla possit esse legitima consequen-
 tia ex illegitimo nascēdi principio, secun-
 dum textum l. finalis. C. de naturalib. li-
 ber. Alexan. consil. 174. incip. super eo de
 quo quæritur. vol. 5. Dec. consil. 462. in-
 cip. visa legitimatione. num. 16. Michael
 Grass. in §. successio. quæst. 18. n. 3. & quic-
 quid est causa causæ fit etiam causa causa-
 ti, vt dicit Capra consil. 1. nu. 25. per l. libe-
 rorum, de verb. signific. & l. licet, de pro-
 curat. Qua de causa receptum etiam est,
 quod auus superstite prole legitima, ne
 quidem in testamēto, cuius liber aliàs sty-
 lus esse debet. l. 1. C. de SS. Eccles. nepoti,
 de quo dictum, legitimo ex filio naturali
 possit relinquere, d. l. finali. versic. ea enim
 subsistente, C. de natural. liber. Bartol. in
 l. Gallus. §. quod si is. de liber. & posthum.
 & communem ex Crauetta consil. 184.
 num. 1. & consil. 200. num. 4. asserit Me-
 noch.

noch. in tract. præsumt. lib. 4. præsumt. 96. num. 26. Denique quod nec iudicia à propagatione obstaculi autoris in successiorem immunia sint, clarum est inter alia vel ex hoc, quòd exceptio rei iudicatæ nocet ei, qui in dominium successit eius, qui in iudicio expertus est, ut dicitur in l. exceptio. 28. de except. rei iudicat. Quapropter tanta omnium iuris partium quoad trãsmiſſionem obstaculi & nocummenti prædecessoris existente consonantiã, quã sanè declinari ea in proposita quæſtione, liberiq̃ue fratris distincti à transitione in gradum ulterioſiorem propter parentis sui ἑτεροδαλείαν, utpote in cuius persona hoc ipsum ea efficit, possint vindicari, tam facile utique non apparet. Præsertim cum quintò & hoc iam dictis accedat, quod dispositionis iuris Saxonicæ, qua frater ἑτεροδαλής in gradum remotiorem collocatur, vnica hæc tantum reddi ratio possit, quod causa duplici iure vtentium præponderare in legibus semper soleat causæ eorum, qui vnico saltem vti possunt. Ob hanc enim ipsam rationem in hac ipsa successiõnis

mate-

V.

materia per fratrem defuncti germanum
 excluditur etiam à iure ciuili frater vteri-
 nus aut consanguineus saltem, vt de hoc
 est textus expressus in Nouella 84. collat:
 6. tit. 12. circa finem. Sic ius reuocandi do-
 mum legato quidem conceditur ratione
 loci & contractus coniunctim, at non et-
 iam alij ratione vel loci vel cōtractus tan-
 tum. l. 2. §. legatis. vers. cæterum. & ibi gl.
 verbi, contraxerint, de iudic. Sic fiscus ra-
 tione cū tacitæ in bonis sui debitoris
 hypothecæ, tū etiam prioritatis tempo-
 ris præfertur vxori ius quidem tacitæ hy-
 pothecæ, sed sine prioritate tēporis, quo-
 ad dotem suam habenti, & contra. l. 2. C.
 de priuil. fisci. Sic duæ vel plures præsum-
 tiones validiores sunt vnâ, & plus allegan-
 tem subleuant. Ruin. conf. 3. incip. de plu-
 ribus. num. 17. vol. 2. Crauetta consil. 149,
 incip. Petrus Bilfiotti aromatararius. nu. 17.
 Riminald. in princip. Instit. de donat. nu.
 321. Sic coniuncti re & verbis præferuntur
 coniunctis re vel verbis tantum. l. re con-
 iuncti. 87. de legat. 3. Sic parentibus non
 ita debetur hæreditas liberorum, vt hære-
 ditas parentum liberis, eò quòd parentes
 ad

ad bona liberorum ratio tantum commi-
 ferationis, liberos naturæ simul & paren-
 tum commune votum admittat, vt dici-
 tur in l. scripto. 6. in fine, vnde liberi. Sic
 filius familiæ à patre naturali in adoptio-
 nem datus extraneo, in potestatem eius
 non transit, secus si in adoptionem detur
 auo materno vel alteri ascendenti: quia e-
 nim hoc casu in vnam personam concur-
 runt & naturalia & adoptionis iura, ma-
 net stabile ius patris adoptiui, & naturali
 vinculo copulatum, & legitimo adoptio-
 nis modo constitutum, vt & in familia &
 in potestate huiusmodi patris adoptiui
 sit, ut inquit Imperator Iustinianus in §. si
 verò. Instit. de adopt. Et si qua sunt in iure
 exempla similia, vt in l. si adulterium. 38.
 §. i. ad l. Iul. de adul. & alibi. Quoniam er-
 go ita est, quod tam vnicum quam duplex
 cognationis ius seu vinculum nõ tantum
 inter fratres, sed & horum liberos, imò in-
 ter omnes reliquos collaterales reperia-
 tur, & sic firmatæ rationis generalitas o-
 mnibus transfuersalibus promiscuè con-
 ueniat, ad hos etiam certè vniuersos &
 singulos statutum iuris Saxonici exten-
 dendum,

dendum, nec ita strictè ad personas fratrum coarctandam esse, non manet saltem, sed planè (vt videtur) exigit indubitatum illud iuris præceptum, quod casus paritate rationis iuncti quoad dispositionem quoque iuris non separandi sint. l. illud. 32. ad l. Aquil. l. 4. qui pet. tutor. l. à Titio. 108. & ibi gloss. verbi, reddit. de verbor. obligat. l. si postulauerit. 27. §. iubet lex eos. versic. ratio enim adhuc eadem est. ad leg. Iul. de adulter. cap. 2. versic. vnde nam. extrà, de translatio. episcop. Item, quòd non particularis decisio legis & statuti, sed ratio decisionis pro lege & statuto habeatur, ita scilicet, vt dispositio generalis videatur, quatenus se ratio extendit, idque reuera, non per modum aut ex vi extensiuà, sed propriè ex vi comprehensiuà, ita scilicet, vt veluti genus sub se plures complectitur species ex vi comprehensiuà, sic quoq; ratio generalis plures casus. Cyn. Bald. Castrenf. Dec. Socin. Alexand. & alij infiniti in locis citatis per Iasonem in l. à Titio. nume. 6. de verbor. obligat. Tiraquell. in repet. l. si vnquam. in glo. verbi, libertis. num. 45. C. de reuoc. donat.

donat. & Ferdin. Vasq. in tract. de success.
 creat. lib. 2. §. 12. num. 85. & §. 21. num. 9.
 etiam in correctoriis. Vasq. dict. §. 12. per
 plures ibidem adductos. Idq; non solum
 cum ratio expressa est, sed & tunc, quan-
 do in lege vel statuto corrigente ratio qui-
 dem certa expressa non est, sed tamen v-
 nica tantum (velut in proposito, vt dictum)
 reddi potest. glo. ad hoc ab omnibus tan-
 quam singularis allegata in l. quamuis. 15.
 C. de fideicō. Bal. in l. maximum vitium,
 num. 16. C. de liber. præterit. per l. 2. ibi, si
 modo vnicus sit. ff. eod. l. fundus qui loca-
 tus. 24. de fund. instru. & l. si optio. 13. de
 opt. leg. quem sequitur Ias. in §. omnium,
 num. 38. Instit. de act. in l. siue apud acta.
 nu. 6. C. de transact. ac alij magno nume-
 ro cumulati ab Euerh. in Top. in loco 79.
 à rat. leg. lar. n. 21. & Anton. Gabriel. Ro-
 man. lib. 6. comm. conclus. tit. de statutis,
 concl. 6. n. 3. Vnde & inter alia communi
 Doctorum voto decisum, q; statutum vel
 cōsuetudo excludens fœminã per filium
 masculum, ad nepotem quoq; masculum
 extendi debeat, eò scilicet, quòd solus fa-
 uor conseruandæ agnationis pro ratione
 dictæ

dictæ consuetudinis aut statuti possit assignari, qui in nepote non minus quàm filio militet. Bald. Salicet. & omnes in l. venia. C. de in ius voc. Bal. in d. l. maximum vitium. num. 15. C. de liber. præter. Ias. in l. de quibus. num. 17. vbi communem ait, & num. seq. de legib. Anton. Gabriel. Rom. d. conclus. 6. per infinitos. Non obstat si quis hîc obiiciat, negari quidem non posse, propter vinculi duplicitatem seu duplex cognationis ius, fratres ab vno latere excludi de iure communi per fratres ab utroque; verumtamen cum vinculi hæc duplicitas ultra fratres horumq; filios eodem iure non porrigatur, idcirco interpretationem iuris Saxonici illi quoque conformandam esse, per infrà alleganda: nō obstat hoc, inquam; Non enim ius civile fratrem vterinum aut cōsanguineum saltem excludit per fratrem germanum propter aliquam gradus prærogatiuam, vt quidem facit ius Saxonicum, sed ob solam ἀμφιθαλείαν, h. e. ab eodē patre eadēque matre coniunctionem, quæ quia in descendentes locum non inuenit, mirum quoque videri non potest, cur ea in
illis

illis minimè attendatur. Sic licet filij fratris germani & ipsi ex constitutione Iustitiani præferantur in successione fratribus defuncti ab vno latere: fit tamen illud iure repræsentationis singulari illis priuilegio indulto, vt liquet ex textu §. huiusmodi verò priuilegium. Nouella 118. collat. 9. tit. 1. quod per ius Saxonicum sine hæsitatione sublatum est. artic. 20. lib. 2. Sp. Saxonici. Fachsi. differ. 25. Quapropter correcta vtrimque hoc modo iuris ciuilis ratione, non immeritò succedit hîc theoretica Doctorum, verbis statutorum magis esse standum, quàm vt ea ex iure communi interpretanda sint, quoties statuentes à regulis eiusdem recedere voluisse constat. Salicet. in l. 2. num. 16. C. de noxal. act. Alexan. consil. 101. incip. super eo de quo quæritur. num. 19. volum. 3. Bartol. Socin. consil. 52. incip. super hac difficultate, nu. 7. volu. 3. Item, Ratione legis antiquæ per nouam generaliter correctæ, correctam quoque censi debere ipsam legem antiquam, gl. & Doct. in l. 2. de vulg. & pupill. subst. Salicet. in Auth. ingressi. num. 2. C. de SS. Eccles. & in l. vt liberis. nu. 8. C. de

C collat.

collat. Ias. in l. seruum filij. nu. 12. de legat. 1. & in l. si quis filium. nu. 7. C. de inoff. testam. Alciat. lib. 2. de verb. signif. num. 36. in fine, & num. 37. 38. Denique, ne pluribus, persuadet præmissam de descendentiū à fratre *ἑτεροθαλεῖ*, reliquorumque ab vno latere cognatorum in gradum vltiorem remotione sententiam vel hoc vnicum, quod seruare eam dicitur vsus forensis & consuetudo, vt de qua primò testimonium perhibet summus practicus Chilianus König sub finem sui processus, rubrica, Von dem Baum der angebornen Magtschafft / in explicatione septimæ regulæ Thammonis de Bordingff / Von succession oder Erbe zunehmen nach Sächsischen Rechten / vbi ita inquit: Hie mercke auch eine erklärang der sibenden Regel (das nemlich ungezweyeter Brüderfinder gleich Erbe nemen mit den gezweyeten Brüdern) So man die Sippe zehlen wil / sol man die zweyunge oder halbe Geburt der Brüder vñ Schwestern / welche sie in das dritt Glied stößet / in den andern absteigenden Gliedern vnd Personen / es sind Schwerd oder Spilmagen / allwege mit zehlen / darnach auch die
Urtheil

Urtheil gestalt vñ gesprochen werdē / quod scilicet differentia, an quis vno vel vtroq; parente defuncto iunctus sit, extendatur vltra fratres & horum liberos, licet de iure cōmuni secus sit. Idem testatur Fachsius lib. 1. diff. iur. ciuil. & Sax. diff. 26. his verbis: De iure Saxonico frater ex vtroq; coniunctus fratrem ex altero tantum excludit, ideò quod ipse vtrimque coniunctus proximior est gradu, per textū *Lands Recht* / lib. 1. arti. 3. ibi, *Ist aber einige zweyung*. vbi expressè dicitur, quòd frater ex altero latere tantum non sit eodem gradu constitutus cum fratre vtrimque coniuncto, sed transeat in gradum remotiorem. Atque hinc fit, quod de iure isto prerogatiua successionis inter fratres ex vtroq; vel altero tantum parente coniunctos extendatur ad quoscunque cognatos etiam remotiores, ita scilicet, vt semper in computatione graduum descendentes à fratre ex altero tantum remotiores sint quàm descendentes à fratre ab vtroque, propterea quod hic secundo, ille tertio gradu positus est. Fachsij dogma hoc referunt & sequuntur Schneidevinius

Instit. de hæredit. quæ ab intest. defer. titulo, de successione fratrum ab vno latere. num. 35. vbi addit, meminisse se, aliquoties ita pronunciatum esse, & Wesenbec. consilio 13. numero 55. cum quibus omnibus etiam concordat Ambros. Schurer. in tractatu de hæredit. quæ ab intest. defer. sub titu. de specialib. in transfuersalium successione, pag. 246. vbi apertè inquit: de iure Saxonico, præsertim zu Landts Recht/ cum fratres, qui nõ sunt ex iisdem parentibus progeniti, trãseant in gradum remotiorem, consuetudine (quæ subiectis aliquot præiudiciis Scabinorum Lipsensium probatur) receptum est, vt talis computatio in omnes gradus extendatur. Ex quorum sanè excellentium practitorum testimoniis clarissimè videtur confici, licet etiamnum subesse possit aliqua iuris scripti ratio, quæ in diuersam sententiam trahere quem fortè posset, non tamè propterea ab ea iuris Saxonici interpretatione, quæ consuetudine firmata & approbata sit, recedendum esse, cum consuetudo optima sit legum statutorumq; interpret. l. si de interpretatione. 37. de legib. c. cum dilectus.

dilectus. 8. de consuetud. eaq; demum vera reputetur interpretatio, quæ à praxi ipsaque rerum experientia sumitur, vt ait Bald. in c. 1. in princip. de feu. sine cul. non amitt. quem refert Dec. consil. 358. incip. placet mihi. Crauetta consil. 118. incip. in hac causa. num. 2. atque ideò, quæ consuetudine certam semel acceperunt interpretationem, non sint mutanda. l. minime. 23. de legib. sed id potius firmiter tenendum, quod ab aliis in eodem contro- uersiarum genere frequenter seruari videmus, vt monet Imperator in l. 3. C. de ædific. priuat. l. 1. C. quæ sit longa consue- tudo. l. filius emancipatus. 14. ibi, sic enim inueni Senatam censuisse. ad l. Cornel. de fals. & l. Labeo. 21. ibi, morem agentium sequi debemus, de stat. liber. Cæterum vt ut hæc satis momentosa videri queant, illis tamen omnibus non obstātibus, con- trariam sententiam, quod scilicet disposi- tio articul. 3. lib. 1. Sp. Saxonici ad descen- dentes fratris ab vno latere, nedum in ge- nere ad omnes cognationis saltem aut a- gnationis iure alicui coniunctos extendi neutiquam debeat, veriore, eaque ra-

Rationes
decidendi.

tione in proposita facti specie per confo-
 brinum defuncti Titij fratres patruales in
 vltiorem gradum transponi, & sic à suc-
 cessione intestata excludi minimè posse,
 sed ad eam ex præscripto iuris ciuilis pari-
 ter omnino admittendos esse censeo per
 sequentia fundamenta. Primò namque in
 toto iure Saxonico locus demonstrari nul-
 lus potest, in quo *specialibus verbis* cautum
 & expressum sit, id quod in d. art. 3. de fra-
 tris ἑτεροδουλῶς transiitione in gradum vlti-
 riorem dicitur, ad liberos eiusdem, reli-
 quosq; ab vno saltem latere defuncto co-
 gnatos porrigendum, eosque similiter in
 gradum semper remotiorem collocan-
 dos esse. Deficiente igitur speciali hac ex-
 pressionem, necesse omnino est obtinere
 id, quòd Imperator in l. præcipimus. 32. in
 fine, C. de appellat. constitutum genera-
 liter his verbis reliquit: *Quicquid noua lege*
 (& sic etiam statuto) *specialiter non vide-*
tur expressum, id veterum legum constitutio-
nùmque regulis omnes relictum intelligant.
 II. Secundò limitata est expressè dispositio
 d. artic. 3. in personis fratrum. Ita enim so-
 nant verba Latini textus: In membro ca-
 pitis

pitis masculus & foemina qui quæve con-
traxerunt, constitui debent: *Collo tribua-
tur eorum proles, nimirum ea, quæ ex eodem
tam patre quàm matre originem duxerit. Nam
si alterutrum ex parentibus diuersum aliqui
habeant, E O S non in eodem membro colloca-
re conuenit, cum ob id in gradum remotiorem
I P S I S sit transeundum.* Hic certè gemina-
ta illa pronomina, E O S, I P S I S, de sui na-
tura dispositionem restringunt ad solos
fratres & sorores, utpote quæ sine omni
dubio personalitatem significant, & ad
personas restrictiua sunt. Ripa in l. filius-
familiàs. §. diui. numero III. de legat. pri-
mo. Tiraquell. in tract. de retr. conuent.
§. primo, gloss. 6. numero 25. Socin. Se-
nior consil. 250. numero 5. lib. 2. Dec. con-
sil. 262. Menoch. de præsumt. libr. 4. præ-
sumt. 62. nu. 6. & lib. 6. præsumt. 38. nu. 32.
& Bal. in cons. 303. incip. nobilis vir, quod
refert Ias. in d. l. filiusfamiliàs, §. diui. nu-
mero 151. ubi per hoc tradit, prohibitio-
nem alienationis factam à testatore ipsis
hæredibus, verbum I P S I S facere perso-
nalissimam, ut hæredes hæredum sub ea
non comprehendantur, quos tamen sub

C 4 appel-

appellatione hæredum aliàs cōtineri no-
 tissimum est. l. hæredis appellatio, 65. & l.
 hæredis appellatione. 170. de verb. signif.
 l. qui per successionem. 194. aliàs 154. de
 reg. iur. Quapropter cùm dispositio hæc
 iuris Saxonici in personis certis disertè li-
 mitata sit, non nisi in illis etiam operari
 etiam & effectum consequi debet. tex. in
 l. si cùm dotem. 23. & l. si verò. 65. §. de vi-
 ro. sol. matr. l. commodissimè. 10. de liber.
 & posthum. & l. si extraneus. 6. de cond.
 ca. da. ca. non sequ. præsertim cùm aliàs
 quoq; tanquam statutaria stricti iuris per
 se sit, ideoque accedente alia etiam causa
 restrictionem suadente, tantò adhuc stri-
 ctius meritò interpretanda veniat, argu-
 mento in quinta dubitandi ratione alle-
 gatorum. Tertiò expendendum & hoc
 est, quod allegatus textus d. artic. 3. nomi-
 natim cōceptus est de his, qui alterutrum
 ex parentibus diuersum habent, & dein-
 de, quod alterutro parētum diuerso pro-
 gnatum esse, & nihil aliud causam transi-
 tionis in gradum vltiorem constituit, vt
 vel sola illa dictio relatiua (*ob id*) quæ non
 habet aliud antecedens, ad quod refera-
 tur,

III,

tur, planè indubitatum facit. Siquidem enim neque verba hæc, neque etiam ratio post fratres defuncti inter alios cognatos locum reperire vlllo modo possunt, attento, quod fratrum filij & reliqui transfuersales inter se alterutrum ex parentibus diuersum habere planè nequeant, cùm singulos ex diuerso tam patre quàm matre progeneratos, & ad propositum thema applicãdo, qui pater & quæ mater est fratrem alicuius patruelium, aut patrem aut matrem consobrini seu filij materteræ esse non posse naturæ ordo, distincta vtrimque ad generationem matrimonia requirens, ostendat: contra apertissimas profectò iuris regulas eum facere necesse est, qui vigore d. artic. 3. non solùm fratrem *ἑτεροθαλήν*, sed & eius descendentes, adeoq; omnes cognatos *μονοπλευρῆς* in gradum remotiorem velit transponere. Quid enim in iure certius, quàm vbi verba non cadunt, nec dispositionem adaptari posse. l. quod constitutum. 22. de milit. testam. l. 4. §. totiens. vbi Dd. de dam. infect. c. indemnitatibus. 43. §. supradicta. de elect. in 6. Bar. in d. l. 4. §. prætor. num. 26. 27. & ibi Alb.

in addit. sed vbi cessant verba, ibi ipsam quoque dispositionem necessariò cessare oportere, Tiraq. in tract. de iure primog. quæst. 58. & in repet. l. si vnquam. in verbo libertis. n. 2. C. de reuoc. donat. quemadmodum & ibi vbi cessat eiusdem ratio. l. quod dictum. 33. de pact. l. adigere. 6. §. quamuis. de iure patro. l. cum pater. 79. §. dulcissimis, de lega. 2. aut præsuppositum. glo. Dec. Crau. Ruin. & alij relati per Menoch. remed. recup. possess. 9. num. 161.

IV. Accedit his quartò textus artic. 17. lib. 1. Sp. Saxonici, qui sic habet: *Quando hereditatem neque soror neque frater adit, omnes qui se in pari cognationis gradu existere probauerint, equam hereditatis percipiant portionem.* Quod enim fratre sororêve hereditatem non adeunte solam cognationis proximitatem attendit, hoc ipso duplici-
 ” tatis vinculi post fratres & sorores ratio-
 ” nem omnino nullam habendam liquidò vtique commonstrat, argumento Auth. post fratres. 2. C. de legit. hæredib. Nam quod & ibi sola cognatio spectatur, ideò Doctores vnanimiter concludunt, nihil referre, duplici quis an vno duntaxat iure
 seu

seu vinculo post fratres horumque filios defuncto; cuius de successione legitima agitur, cognatus sit, cum (vocabulo cognationis in genere sumto) non minus cognatus alicui sit & dicatur, qui ab vno, quam qui ab utroque latere ei coniungitur. l. Jurisconsultus. 10. de grad. affin. Sic in simili videmus, vbi consideratur sola cognatio in specie sic dicta, vel agnatio, an vno quis vel duplici vinculo agnatus vel cognatus sit non curare, sed agnatos & cognatos sine eiusmodi distinctione indiscriminatim ad parem successionem, si aliam modò gradus æqualis sit, admitti, prout generaliter tradit Bald. in l. 1. C. de legit. hæred. quem refert & sequitur Barthol. Socin. in consilio vltimo, incip. statuto, volum. 2. quod est repetitum consilio vigesimo quinto, volumine tertio. Et satis hoc ipsum probat dicta l. prima. Iure namque antiquo præferebantur agnati cognatis, ideoque patruus materteram excludebat. l. 5. iuncta gloss. & l. patruo. 7. Cod. eod. Ambigebatur, an ab eodem patre & matre defuncto cognati præferendi essent iis, qui ei saltem per patrem

patrem

patrem essent coniuncti, per eam dubi-
tandi rationem, quod videbatur, duo vin-
cula plus posse debere, quàm vnum, iuri-
bus suprà adductis. Sed hac non obstante
rescribit in d. l. i. Imperator Alexander,
ius certum esse, quod in successione, quæ
iure consanguinitatis, h. e. agnationis de-
feratur, sorores & fratres pari iure sint, li-
cet eandem matrem non habuerint, per
eam videlicet decidendi rationem, quod
qualitas solius agnationis à lege desidere-
tur, agnati autem dicantur ex eodem pa-
tre nati, nec requiratur, an etiam ex ea-
dem matre suscepti sint, vt dicitur in §. i.
Inst. de legit. agnat. success. Idem propter
eandem rationem cernere est in succes-
sione feudali. Quia enim & hæc solo a-
gnationis iure defertur. c. i. de succes. feu.
vel. grad. succed. in feu. tit. ii. lib. 2. in vsi-
bus feu. eapropter frater consanguineus
saltem per fratrem germanum in ea non
excluditur, sed pariter cum eo admitti-
tur: cùm licet in fratre germano duæ qua-
litates concurrant, altera tamen tanquam
impertinens succedēdi effectum non au-
geat, vt concludit Bald. in d. c. i. §. his ve-
rò. nu.

rò.nu.1.Iacob.de Ardiz.in summa feuda-
 li cap.137. §. item succedunt collaterales,
 vers.fed nunquid frater.Ioh.Tho.de Ma-
 rin.in tract. de generib. & qualit. feudor.
 tit.2.par.1.num.28.& tit.6.nu.21. & com-
 plures alij relati per Andr.Gail.obs.pract.
 lib.2.obseru.151.Schurpff consil.8.num.
 5.& 6.centur.1.Wesenbec. consil.82.nu.
 28.parte 2. & nouissimè Heiñricus à Ros-
 senthal in synopsi sua totius iuris feudalis
 omnium elegantissima cap.7.conclu.130.
 Confirmat præcedētia quintò ipsa etiam, V.
 qua singulariter in computādis gradibus
 cognationis vtitur ius Saxonicum ratio.
 Nec enim ab eo gradus numerare inci-
 pit,cuius de cognatione quæritur,ita ut,si
 ex inferioribus vel superioribus gradibus
 est, rectâ lineâ sursum vel deorsum ten-
 dentium per singulos proximum quem-
 que numeret, à proximo scilicet ad pro-
 ximum,id est, in eum, qui quasi ex eo na-
 scitur, *continua & minimè interrupta serie.*
 (quod in secunda dubitandi ratione, in fi-
 ne, non consideratur) transeundo, & tot
 semper gradus constituendo, quot sunt
 generationes, prout quidem facit ius ci-
 uile,

uile. l. Iurisconsultus. 10. §. sunt & ex lateribus. de gradib. affinit. §. finali. Instit. de gradib. cognat. sed initium sumit à parentibus, & in iis primum gradum constituit, à parentibus transit ad fratres & sorores, ac ἀμφιδαλῆς quidem in secundum, ἑτεροδαλῆς autem, & si simul cum his concurrant, fratrum defuncti germanorum filios in tertium gradum, quē membro annexionis brachij & corporis ad iuncturas scapularum designat, collocat, ut ex d. artic. 3. iuncto artic. 20. lib. 2. Sp. Sax. videre est. Quando autem neque parentes neque fratres adsunt, qui ad successionem aspirare possunt, sed concurrunt inter se fratrum sororumve filij aliive ab his descendentes (nam aliorum collateralium ne
 » verbo quidem meminit, nedum in gra-
 » duum inter illos computatione vel mini-
 » mum contra ius civile disponit, quod be-
 » ne notandum) eo casu, ut similiter ex d. artic. 3. versic. hīc primum, liquet, institutam graduum numerationem abrumpit & intersecat, nouamque planè incipit, ac primum quidem gradum (quem itidem hīc membro annexionis brachij & corporis

poris ad iuncturas scapularum denotat) tribuit nepotibus, hoc est, fratrum fororūve filiis, secundum pronepotibus, tertium abnepotibus, quartum antenepotibus, quintum trinepotibus, & sextum quadrinepotibus, ut habent verba Latini textus. Etsi verò interfectio hæc computationis graduum ratione existentiae vel defectus fratrum defuncti tam ab vno quàm utroque latere satis manifesta est ex dict. artic. 3. euidentiore tamen eam facit, quod illâ non admittenda inter dict. artic. 3. & dict. artic. 20. diametralis contradictio necessariò admittenda sit. Collocantur enim apertè in dicto articulo tertio, versic. hîc primum, fratrum indistinctorum filij in primum gradum. Sed hi ipsi in dict. artic. 20. reponuntur etiam in tertium gradum, dum ibidem cum distinctis fratribus (qui omnium practico- rum Saxoniorum concessione in tertio gradu sunt) in hærede percipienda, & sic in gradu quoque tertio æquales pronunciantur. Hæc certè ἐναντιοφανεία conciliari alio modo non potest, quàm medio dictæ interfectionis, eiusque allatæ rationis, nimirum

nimirum vt dicatur, d. versic. hîc primum art. 3. eo in casu loqui, quando nulli adsunt fratres; d. autem art. 20. accipiendum esse in casu in quo loquitur, in concursu scilicet fratrum defuncti distinctorum superstitem. Atque hunc genuinum & peculiarem ex iure Saxonico computandi gradus modum à multis non perpensum, amaduertisse quoque, vtut non ita clarè & distinctè reperio Ambr. Schurer. in tract. de hæred. quæ ab intest. defer. in quo pag. 558. ita inquit: Computatio de iure Saxonico meâ quidem sententiâ tripliciter differt à computatione iuris ciuilibis. Primò enim computatio quasi intersecatur, & vna pars incipit à parentibus, & procedit ad liberos vsque ad fratres: altera rursus incipit à liberis, & procedit vsque ad septimum gradum. Secundò frater ex vno parente tantum numeratur in tertio gradu, & sic frater siue consanguineus sit siue vterinus tantum, æquè distat cum liberis fratrum germanorum. *Sandrecht* lib. 2. artic. 20. Ideò autem denuò incipit ius Saxonicum à liberis fratrum, quod in illis incipiat habere locum regula, proximior
in

in gradu proximior est in iure. Land Rechte
 lib. 1. artic. 17. Fratres enim sororesque de
 hoc iure fratrum sororumque liberos ex-
 cludunt. Tertiò, etiam si quidam existi-
 ment, inter successionem de iure civili
 vsque ad decimum gradum, & inter suc-
 cessionem de iure Saxonico vsque ad se-
 ptimum gradum nullã esse differentiam;
 attamen ex d. artic. 3. puto differentiam
 vnius gradus colligi, ponderando verba,
 ibi, *im siebenden stehet ein Nagel/ vnd nicht
 ein Glied.* Item, die zwischen dem Nagel vñ
 dem Haupt/ &c. vnde cõstat, septimum gra-
 dum excludi, & sic vsque ad nouum in-
 clusiuè computationem fieri. Hæc Schu-
 rerijs. Quod verò nunc dispositio d. art.
 3. in versic. nam si alterutrum, extendi vl-
 tra personas fratrum ne quidẽ ad eorum
 filios possit, id ex relata iam computandi
 gradus ratione secundum ius Saxonicum
 hac ineuitabili consequentia demonstro.
 Si namque dicendum est, quòd filij fra-
 tris ab vno latere in gradum vltiorem
 transire non minus debeant, quàm ipse
 frater *ἑτεροθαλής*, alterutrum ex his duobus
 concedi omnino necesse est, illos vel in
 D gradum

gradum quartum collocādos (quia enim eorum pater in gradu tertio est, in remotiorem collocari non possunt) vel tertium illum, in quo est frater distinctus, gradum, in interfectione illa, quam in liberis fratrum, noua ab illis graduum inchoata numeratione, facit ius Saxonicum, reassumendum, eoq; connumerato in gradum secundum (in vnū quippe saltem gradum remotiorem ex sententia opinionem affirmatiuam tenentium transire debent) reponendos esse, filiis fratris indistincti in primo gradu solis relictis, tertium enim dari non potest. Verūm ex his neutrum potest subsistere. Nam quartum gradum post fratrem distinctum ius Saxonicum non numerat, & quartum gradum, quem in interfecta graduum assignatione agnoscit antenepotibus tribuit, cum quibus filios fratris distincti admitti demum debere, nullus dixerit. Ad reassumptionem gradus illius tertij, in quo est frater distinctus, quod attinet, eam, præterquā quod quod seipsam satis refutat, sequentes quoque rationes abhorrent. Ac primò quidem, quia textu hoc dicente destituimur,
vnde

vnde id nobis dicere leges non permit-
tunt. l. si seruum. 70. §. non dixit prætor.
de acquirend. vel amittend. hæredit. cum
si id voluisset legislator, exprimere uti-
que facile potuisset. cap. 2. §. sed neque.
versicu. vnde si *canon* circa translationem
idem fieri voluisset, quod de cessione di-
xerat, & de translatione poterat expref-
fisse. extrà, de translat. episcop. l. vnica. §.
sin autem. ibi, si contrarium volebat, nul-
la erat difficultas coniunctim de eo dis-
ponere. Cod. de caduc. tollend. Secun-
dò, quia d. artic. 3. generaliter in primum
gradum filios fratrum sororùmve collo-
cat, & ne minima quidem syllaba inter v-
nicum & duplex vinculum distinguit: ge-
neralia autem verba generaliter accipi-
enda sunt. l. i. §. cum urbem. vbi Doctores
notant. de offic. præf. urb. l. i. §. i. de legat.
præst. l. à procuratore. 13. vbi gloss. Cod.
mand. l. generali. 13. C. de sacrosan. Eccle.
l. i. §. quod autem. de aleatorib. Schurpff
consilio septuagesimo tertio, numero 3.
cent. 3. & vbi lex vel statutum non distin-
guit, nec nos distinguere debemus, vulga-
tal. cum de precio. 10. de Publ. in rem act.

Tertiò, quia gradus illi, in quos reponuntur à fratribus descendentes, à gradu illo tertio, in quem collocatur frater ab vno latere, per nouam illam & intersectam computationem apertè separantur: sed separatorum separata est natura, & de vno ad aliud non potest inferri. l. finali. de calumn. l. Papinianus. 21. de minorib. l. Quintus Mutius. 29. §. argento, de aur. & arg. leg. l. naturaliter. 12. §. nihil commune, de acquir. vel amitt. poss. l. si maritus, 10. in fin. C. de donat. int. vir. & vx. Quarto, quia aliàs facta à iure Saxonico singulari consilio post fratrem distinctum interruptio, & nouæ inchoatio nullum planè effectum consequeretur, sed quæ à statuto manifestè segregata essent, confunderentur, contra indubitata mentem disponentis, quàm tamen præ ipsis etiam verbis semper attendendã esse extra controuersiam est, l. in conuentionibus. 219. de verb. sign. l. fin. C. quæ res pig. obl. poss. Et denique, quia retrogredi velle à tertio gradu ad primum, & ex hoc & illo constituere quasi velle secundum, contra naturam, & absurdum omnino est: quamlibet
autem

autem dispositionem ita interpretādam,
 vt rationi quā maximè conueniat, & o-
 mne incōueniens ab ea remoueatur, quis
 dubitat? l. Saluius. 6. cum ibi notat. de leg.
 præst. Ceph. consil. 13. incip. plura sunt.
 num. 12. vol. 1. Corn. consil. 13. incip. deue-
 niendo ad primum dubium, versic. nam
 statuta. volum. 4. sub litera E. Cum autem
 hæc in fratrum distinctorū filiis ita se ha-
 beant, vt scilicet ij ob ἑτεροδαλείαν patris i-
 pforum in gradum vltiorem, quā sunt
 filij fratrum ἀμφιδαλῶν, transponi nec debe-
 ant nec possint, ineuitabiliter profectò
 consequitur, vnitatem vinculi multò mi-
 nus in reliquis eorūdem fratrum descen-
 dentibus, aut aliis, quorum post fratres
 coniunctio vno saltem, agnationis nem-
 pe vel cognationis, vinculo nititur, trans-
 itionem in gradum remotiorem vlla ra-
 tione efficere posse aut debere: atq; hoc
 quidē in reliquis transuersalibus, qui non
 sunt vel fratres vel horum liberi tantò ma-
 gis, quòd dispositio iuris Saxonici eos ne
 vna quidem litera, vt notatum, attingat,
 tantum abest, vt, quoad eos, in minimo a-
 liquid immutare aut corrigere, & non po-

tius casum omiffum pro omiffio habere, & sub difpofitione iuris cōmunis relinquere voluiffle cenfendum fit. l. fi extraneus. 6. & ibi latè Iaf. de condict. ca. da. l. fi cum dotem. 23. fol. matr. l. commodiffimè. 10. de lib. & poft. & ipfe autor Speculi in prologo, incip. Spiritus fancti, &c. dum inquit:

Iuuamen illorum inuoco,
 Qui diligunt iufticiam,
 Oderuntq; malitiam,
 Quibus fi quid *fortè* obrepat
 Quod liber hic non decidat,
 Iuri (*fc. communi, vt exponit gl. textus
 Germanici*) reddant hoc confonū.

VI. Elector Augustus in nouellis conftitutionibus, conftit. 31. ibi, *Das folchs die Sachfenrecht außtrücklich nicht bewerren/ vnd deswegen nach gemeinen Rechten zuwrtheilen fey*/ parte 2. Porrò vltra hæc omnia ftabilit sextò ftictum hunc de quo hucusque artic. 3. lib. 1. Spec. Sax. intellectum & hæc in interpretatione ftatutorum neceffaria omnino confideratio, quod nempe difpofitio iuris Saxonici, cuius extenfio in controuerfiam deducitur, iam ante iuris cōmunis multipliciter correctoria eft,

vt qua non tantum vfitata in fucceffioni-
 bus graduum computatio, modis quibus
 oftensum, innouatur, fed & ius repræfen-
 tationis à linea collateralis tollitur. Item,
 quod à fucceffione fraterna frater etiam
 germanus per patrem matremq; excludi-
 tur. Fachf. lib. 1. differ. iur. ciuil. & Sax. dif-
 fer. 24. & 25. Siquidem enim per exten-
 fionem d. articu. 3. tam ad fratris *ἑτεροθαλῶς*
 liberos & descendentes, quàm reliquos
 cognatos omnes *μονοπλεύρης*, vltior ad-
 huc correctio iuris communis, vtpote
 quod vnitatis aut duplicitatis vinculi nec
 in graduum computatione. l. Iurisconsul-
 tus. 10. §. fratris fororisque nepos. & §§.
 feqq. omnibus. de grad. affinit. nec in fuc-
 ceffione post fratres fratrumq; liberos de-
 ferenda rationem vllam habet. Auth. post
 fratres. 2. vbi omnes Dd. C. de legit. hær.
 induceretur: quis non intelligit, manife-
 ftam ab ea difceffionem facere omnia illa
 iura & communes Doctorem theoricas,
 quibus traditur, quod id, quod contra iu-
 ris rationem receptum est, ad confequen-
 tiam non producendum, l. quod contra.
 183. de reg. iu. l. quod verò. 14. de legib. fed

tanquam odiosum restringendum, Dyn.
 in c. quæ à iure communi, 28. num. 1. ext.
 de reg. iur. in 6. arg. c. 1. de fil. presbyt. & l.
 in honorariis. 34. §. sed cum, ibi, quia con-
 tra ius ciuile datur, de obligat. & act. eaq;
 de causa statutum correctorium ita inter-
 pretandum sit, vt, quoad eius fieri potest,
 iuri communi quàm minimum deroget,
 tex. in c. cùm dilectus. 8. §. quia nobis, ibi,
 cùm supradictum statutum ita possit in-
 telligi, quod per illud nec iuri communi
 nec priuilegio derogetur. ext. de consuet.
 l. 2. vbi communiter Doct. C. de nox. act.
 Alexan. consil. 146. incip. videtur. num. 2.
 vol. 2. & consil. 107. incip. perspectis statu-
 tis, num. 4. vol. 5. Mynsing. centur. 1. obser.
 5. Schurpff consil. 7. num. 7. & consil. 65.
 num. 5. centur. 3. Elector Augustus in ter-
 minis iuris Saxonici in nouellis constitu-
 tionibus, constitut. 12. §. Zum andern/ & §.
 Wie denn eben/ constit. 45. §. Alldieweil as-
 ber die Sächsischen Rechte hierinnen etwas
 vnklar/ vnd/ soviel möglich/ nach gemeinen
 Rechten sollen interpretiret werden/ & con-
 stitut. 53. §. Dieweil aber/ parte 2. tanquam
 stricti iuris. Dec. consil. 49. incip. præstan-
 tissime.

tissime. num. 1. consil. 196. incip. viso puncto, num. 1. consil. 268. incip. conclusio, n. 2. versi. adhæc breuiter, par. 2. consil. 484. incip. æquitati, num. 5. par. 4. consil. 617. incip. adeò plenè. num. 5. & consil. 656. incip. iuridicam esse arbitror. num. 8. parte 5. adeò vt extendi non possit ne quidem ex maioritate rationis, secundum veram & communem opinionem, attestante Iasone in Authen. quas actiones. num. 21. C. sacros. Eccles. & in l. non licet. num. 6. C. de liber. præterit. & in l. de quibus, nu. 14. de legib. Menoch. remed. 4. adipisc. poss. num. 35. Schurpff consil. 55. num. 4. cent. 1. in quo in terminis iuris Saxonici loquitur. latè Euerh. in Topic. legal. loco 79. à rat. leg. larga. num. 14. 15. 16. nedum ex rationis identitate, secundum Bartol. in l. omnes populi. num. 60. de iustit. & iure, vbi singulariter inquit, Aut quæris de casibus, sine quibus disposita per statutum nõ possunt commodè sortiri effectum, & ad illos extenditur statutum: aut quæris de aliis casibus, in quibus est eadem ratio, & tunc aut casus illi non sunt decisi, & ad illos extenditur, aut sunt decisi, & tunc sta-

D 5 tutum

tutum ad illos non extenditur, sed iuris communis dispositioni relinquitur. Ita enim loquuntur omnia iura, quæ ad hoc allegantur, quod nō est nostrum legem extendere. l. si verò. §. de viro solut. matrim. cum similib. Quæ quidem doctrina Bartoli procedit non solum in extensione de casu ad casum, sed etiã de persona ad personam. Ne enim duo exorbitantia circa idem statutum concurrant. Bal. Nouell. in tract. de dote, parte 10. n. 20. quem egregiè hoc considerasse scribit Menoch. in tract. præsum. lib. 3. præsum. 13. n. 11. vel potius, quia in statutis de vno exorbitante ad aliud exorbitans non est facienda interpretatio, secundum Molin. in consue. Paris. §. 8. gl. 1. nu. 48. neutra ex similitudine quadam aut rationis identitate admittenda est, vt tradunt Alex. conf. 49. incip. viso themate, n. 3. & seqq. vol. 2. Dec. consi. 19. incip. pro tenui, n. 3. in fin. Tiraq. de retra. proximit. §. 1. gl. 7. n. 58. & §. 1. glo. 1. nu. 15. Curt. Iun. consi. 238. incip. habita diligenti. num. 18. vol. 3. sed statutum ad casum & personam de quo quæve expressè disponit, restringendum, vltra autem quàm loquitur

quitur non porrigendum, tex. & ibi Bart. in l. si verò. 65. §. de viro. nu. 1. fol. matr. Oldrad. cōf. 194. incip. factum tale est. Alex. conf. 197. incip. perspectus, n. 6. vol. 6. Bal. consil. 275. incip. quod pro regula. nu. 2. 3. volu. 2. Castrenf. consil. 310. incip. pro declaratione, in fi. n. 6. vol. 1. cū tantum de potentia habeant quantum de actu, exemplo consuetudinis, Bald. in c. 1. in prin. de his qui feud. dar. poss. Ias. in l. de quibus. num. 24. de legib. cui comparatur, & cum qua paribus passibus ambulat. Crau. consil. 137. incip. magister. num. 1. 2. 3. 4. & conf. 251. incip. in proposito casu videtur. n. 3. Dec. in l. foeminae. 2. nu. 4. & 5. de reg. iur. Nec obstat quod dicitur in l. non possunt. de legib. quod leges ex identitate rationis trahi debeant in argumentum: verum hoc enim eo saltē in casu est, quando per hoc contra aliquam legem scriptam non veniremus, non etiam aliàs, vt inquit Bart. in Auth. quas actiones. num. 9. C. de sacros. Eccles. & consil. 2. volum. 2. latissi. Roch. Curt. in enarrat. c. cum tanto. extr. de consuetud. sect. 4. n. 3. & 7. cum seqq. Postremò & septimò pro maiori adhuc

VII
corro-


corroboratione præmissorum addo etiam
 hoc, dictum artic. 3. lib. 1. Sp. Saxon. ob id
 quoque strictè accipiendum, nulloq; mo-
 do ad cognatos ab vno latere post fratres
 extendendum, quod hacce extensione
 vltèrius non tantum corrigeretur, vt iam
 ostensum, ius commune, sed etiam ipsum
 ius nature, à quo tamen multo minus, quàm
 iure ciuili temerè recedendum, abroga-
 retur, iusq; succedendi iis, quibus natura-
 li ratione defertur, auferretur. Successio-
 nem namque in relicta aliqua hæreditate
 ratione sanguinis, & sic ab intestato, iis de-
 mùm naturaliter deberi, qui defuncto san-
 guine propius iunguntur, non est qui ne-
 gauit. At coniunctionem hanc sangui-
 nis propinquiorem per vinculi *μονότηλα* seu
 vnitatem remotiorem effici, nec qui hoc
 dixerit futurum esse autumo. Quippe cum
 vinculi duplicitas, neminè sanguine cui-
 piam propiori, quàm quidem per rerum
 naturam est, possit coniungere, nullo in
 hoc refragante, nec vtique vinculi vnitas
 coniunctionem alicuius efficere poterit
 remotiorem, cum constet, contrariorum
 eandem esse disciplinam & rationem tam
 quo-

quoad iuris cognitionem quàm dispositionem. Dyn. in c. qui sentit. 55. nu. 8. ext. de reg. iur. in 6. Dec. in l. secundum. 10. n. 3. 4. 5. ff. eod. Barto. in l. inter stipulantem. 84. §. sacram. num. 4. de verb. oblig. latissimè Ias. in Rubr. ff. de acq. possess. nu. 11. & seqq. idemq; operari propositum in proposito, quod oppositum in opposito. Ias. in §. si quis agens. in versic. plus autem, n. 4. Bartol. in l. finali, in fine, de legat. 3. & in l. etsi contra. 35. de vulg. & pup. substit. per illos textus, Dec. in d. l. secundum. num. 5. per l. si ex toto. 8. in prin. & l. quod in rerum. 24. §. si quis potest. de legat. 1. ideoq; si augmentum non auget, nec diminutionem posse aut debere diminuere, secundum notata Baldi in l. penult. C. de solut. Quod si autem natura propinquitatem sanguinis propter vnicum saltem cognationis ius remotiorem non efficit, consequitur sanè necessariò, eandem nec ab vno latere cõiunctum excludere per coniunctum ab vtroque ob solam vinculi duplicitem, sanguinis aliàs, ex qua succedendum, coniunctione pari existente. Atq; hanc quidem naturalem succeden-

di

di rationem & veteres iuris Saxonici practicos sensisse, & ex ea dispositionem di artic. 3. ipsosmet restrinxisse, patet satis ex additione ad gloss. verbi, *vngeweyeter Brüder*, artic. 20. lib. 2. Spec. Sax. quæ sic habet: Ex hoc textu supra posito, & ista glossa dixit Thammo de *Woydorff* / *Daß meine halbe Schwester näher sey mein Erbe zunehmen / denn meines Vattern Bruder / oder mein Großvatter oder Großmutter / vngachtet / daß sie in einem Gliede stehen / & ratio fortasse est, vt subiungit dicta additio, quod sanguis & successio ex sanguine semper prius refertur ad collaterales proximiores, quam ad remotiores in gradu superiori: eò nimirum, quòd, quò proximior quibusdam cum defuncto est communis stipes & parentela, tanto proximior quoque sit cum eo sanguinis communio & participatio, & vicissim, quo remotius est commune nascendi principium, eò remotiora etiam per interualla successionem ratione sanguinis, cum hac sola defertur, fundari oporteat, id quod sequenti exemplo demonstro.*

Mæuius



Si enim mortuo Titio quærat, quis ex eius relictis in linea transversali cognatis ratione sanguinis ab intestato succedere debeat, apparet profectò ex inspectione genealogiæ, quod, cum ei Caius quidem fratris consanguinei saltem filius per ipsius (Titij scilicet) patrem Paulum, Seius autem patruus filius per avum Mæuium, & sic communem stirpem vna generatione remotiorem, coniungatur, quod (inquã) maior quoq; hinc cognatio, propinquiorq; sanguinis cõmunio inter Titium & Caium, q̃ inter Titium & Seium enascatur, ideoq; Cajo ratione ppinquo- ris cum defuncto Titio sanguinis præ Seio deferenda successio sit, non attento, quod ille Titio saltem agnatione, hic autem cognatione etiam simul coniunctus reperia- tur, cùm hæc cognationis differētia com- munem

munem parentelam, quiq; per eam propinquius communicatur sanguinem, ut genealogiæ cōsideratio oculariter ostendit, minimè tollat aut remotiorem faciat. Neque verò morari hic quippiam debet opinio quorūdam, qui præmissæ quidem rationi locum dare eo in casu planè non dubitant, cū de successione contendit patruus aut auunculus ab utroque latere cum fratre defuncti ab vno saltem latere, utpote in quo fratrem *ἑτεροδαλῆ* vinculi eius vnitate rectè posthabitâ præferunt, verū in casibus reliquis omnibus, puta, cū de successione liberorū fratris *ἑτεροδαλῆς* cum liberis patris utrimq; coniuncti aut aliorum transfuersaliū inter se quæritur, transpositionem in gradum vltiorem ob cognationem *μονόπλευρον* repetunt, quamque sanguinis propinquiorem cōiunctionem in fratre *ἑτεροδαλῆ* solam attendendam censent, eam in remotioribus omnino nihili habent: caret quippe opinatio hæc anima, h. e. ratione, ideoque tanquam *ἄλογος* merito repudianda est. l. cum ratio. de port. quæ lib. damnat. conced. aliàs l. fi. de bon. damnat. l. 4. C. de liber. præter. Si enim frater

ter

ter *ἑτεροδαλῆς* ob eā causam & meritò qui-
 dem patruo præfertur, quod fratri defun-
 cto sanguine propius iungitur, eadem au-
 tem causa in aliis transfuersalibus consan-
 guineis vel cognatis saltem, puta filiis fra-
 tris ab vno latere respectu filiorum patru
 ab vtroque locum certè non minus repe-
 rit, vt per se liquet; quî per Deum casus,
 quos tã aperta iungit rationis vnitas quo-
 ad dispositionem iuris legitimè possunt
 separari? l. illud. 32. ad l. Aquil. cum aliis
 suprâ citatis. Adhæc si nulla vinculi vni-
 tas, sed sola propinquioris sanguinis com-
 munio aut participatio in casu, quo de
 fucessione inter fratrem defuncti ab vno
 & patruum eiusdem ab vtroque latere a-
 gitur, consideranda esse rectissimè existi-
 matur, cùm tamen in illo cognationis *μο-
 νοπλάτῳ* ob id non videbatur non omnino
 ratio habenda, quod ipse frater *ἑτεροδαλῆς*
 nominatim & disertis verbis à iure Saxo-
 nico in remotius membrũ propter suam
 cū defuncto *ἑτεροδαλείαν* transponitur: quid
 quæso & hîc solidæ causæ dari potest, cur
 vnicum vinculum seu cognationis ius nō
 multò magis in liberis eiusdem, vt de qui-

E bus

bus eiusmodi quid, quod de persona ipsius fratris dispositum nullibi reperitur, ideoque in iis tanta *ἑτεροδαλείας* alicuius considerandæ aut attendendæ ratio ne utriquam militat, posthabendum penitus esse statui iure debeat? argumento nempe vulgatæ illius theoricæ, si id, de quo magis videtur inesse, non inest, nec etiam id de quo minus. l. licet vniuersis. 23. de testib. c. dispensatio. distinct. 43. c. si Paulus. 32. quæst. 5. cap. si ergo tantus. 8. quæst. 1. l. nec ex vera. 9. C. de acquir. vel amittend. possess. gloss. in c. cum in cunctis. 7. in verbo, multò fortius. extrà, de electio. Quapropter ex deductis hæctenus concludo vt suprà, dispositionem dict. artic. 3. lib. 1. Spec. Saxon. in versic. nam si alterutrum, ad personas fratrum & sororum *ἑτεροδαλῶν*, & quidem non indistinctè, sed in concursu duntaxat fratrum defuncti germanorum aut eorundem filiorum de iure restringendam, ad alios autem vno vinculo cognatos, quasi scilicet & iis vigore illius in gradum remotiorem transeundum sit, omnino non extendendam, & per consequens, in facti supra proposita specie

specie fratres Titij patruelles ad successionem cum consobrino secundum iuris civilis dispositionem æqualiter admittendos esse. Non obstant, quæ pro contraria sententia in medium initio adducta sunt. Nam quantum ad priores quinque rationes attinet, iis generaliter respondetur, id quod ex iis infertur, in iure Saxonico nullibi *specialiter* expressum reperiri: & licet regulariter quidem verum sit, id etiam pro expresso haberi, quod ex verborum expressorum cõsecutione aut rationis identitate colligitur, limitari tamen conclusionem hanc vt fallat, quando requiritur, vt aliquid expressè, sigillatim vel formaliter similibusve modis exprimatur. Felin. in c. translato, numero 5. versic. secundus casus. extrà, de constitut. Ias. in l. prætor ait. num. 6. 9. 10. de no. oper. nunciat. & in l. 1. numer. 16. 17. 18. de vulg. & pup. substitut. textus sunt in c. inquisitores. 16. de hæretic. c. 4. in fine. de sent. excomm. vtrobique in 6. Cl. 2. iuncta gloss. verbi, specialis. de offic. iud. ordin. & Cl. 1. de præbend. Verùm quod ad hoc, vt ius antiquum per ius recens &

Ad rationes dubitandi responsio generalis.

E 2 nouum,

nouum, & sic etiam ius commune per statutum, correctum censendum sit, mutatio & innouatio eiusdem *specialis expressa* adeò requiratur, vt quæ speciali expressione per ius nouum correctum non reperiuntur, sub dispositione iuris antiqui incorrectum manere debeant, id liquidò probant omnia iura, quæ in casibus correctoriis antiquorum iurium loquuntur, & quidem ex textibus iuris ciuilibus. §. illud autem. & ibi gl. quæ disertè ait, quòd vbi legem correctam non inuenimus *expressè*, antiquam dimittimus figuræ Nouella 20. collat. 3. constit. 7. & suprà allegata l. præcipimus. 32. in fine, ibi, *quicquid specialiter noua lege non videtur expressum* id veterum legum constitutionumque regulis relictum omnes intelligant. C. de appellat. ex textibus autem iuris Canonici præter alios tres in speciali refutatione quintæ rationis dubitandi inducendos, c. 3. ibi, *in aliis distri-*ctè volumus seruari. de consang. c. indemnitatibus. 43. ibi, *specialiter* duxerimus statuenda. de elect. in 6. c. final. in fine, ibi, *quæ constitutionibus superscriptis* super eadem editis prauitate non obuiant, in suo robore

robore volumus perdurare. de hæretic. in
 6. Clement. I. §. finali, ibi, alia, quatenus
presenti decreto non obuiant, sacri appro-
 batione concilij, roborata in sua volumus
 firmitate permanere, eod. titu. Extrauag.
 execrabilis, in fine, ibi, iuribus aliis de ani-
 marum cura loquentibus in suo robore
quoad cætera permanfuris. de præbend. vbi
 etiam glos. ad verbum, *permanfuris*, Nota,
 ait, quod detractione facta super certo ar-
 ticulo iuri antiquo per nouum, in cæteris
 remanet incorrectum, cum stare non sit
 prohibendum, quod non mutatur. l. fan-
 cimus. 27. C. de testam. Et in terminis iu-
 ris Saxonici Elector Augustus in suprâ ci-
 tata constit. 31. ibi, *Daß solches die Sach-
 senrecht außdrücklich nicht bewerren/ vnd des-
 rowegen nach gemeinen Rechten zuwrtheil-
 len sey/* parte 2. Quamuis autem textuum
 horum autoritas, vt qua nulla in disputa-
 tionibus iuridicis maior haberi potest, sa-
 tisfacere mea quidē sententia cuius me-
 ritò possit: vt tamen veritas inter offusas
 tenebras eò clarius effulgeat, apertiusque
 adhuc in lucem prodeat, respōdeo in spe-
 cie & particulariter ad id, quod primo lo-

Responso
 specialis ad
 singulas
 dubitandi
 rationes.

I. co adductum fuit, verbum scilicet, *indistinctorum*, in d. art. 3. sine effectu operandi in sensu directo non esse, quamvis inde à contrario sensu ad correctionem iuris communis nulla fiat illatio. Duo quippe casus hi, quando nimirum extat frater ab vno latere, & succedere cōtendit cum fratriꝝ ab vtroque latere filiis, & quando nullus planè extat frater nec distinctus nec indistinctus, qui hæreditatem relictam adeat, sed de successione liberorum fratris ab vno & vtroque latere inter se concurrentium quæritur, in iure Saxónico manifestè discernuntur, & distinctum computandi gradus modum habent, vt ex his, quæ in quinta decidendi ratione deducta sunt, clarè liquet. Vt enim ibi ostensum, priore quidem casu filij fratris indistincti in tertium, posteriore verò in primum, qui post interfectam computationem est, gradum collocantur: deinde, priore quoque casu in membro annexionis brachij & corporis ad iuncturas scapularum tertius, posteriore primus designatur. At versic. *indistinctorum*, in d. artic. 3. non de primo, sed altero casu, de quo scilicet

licet loquitur artic. 20. lib. 2. Spec. Saxon. accipiendum esse, & sic verbum, *indistinctorum*, in sensu directo sine operatione in illo (quo scilicet ad situm in tertio gradu) neutiquam esse, probat versiculus sequens. Nam versic. *indistinctorum*, ita habet: *Indistinctorum fratrum filii in membro annexionis brachij & corporis ad iuncturas scapularum reponuntur.* Versiculus autem immediate sequens sic sonat: *Hic primum gradum cognationis constituimus, in quo sunt fratrum sororumve liberi, qui & nepotes appellantur.* Ecce, si versic. *indistinctorum*, de primo gradu, & sic eodem casu, de quo loquitur versiculus sequens, esset intelligendus, satis fuisset subiungere, *hic primum cognationis gradum constituimus*: quia verò in textu additur, *in quo sunt fratrum sororumve liberi, qui & nepotes appellantur*, apparet utique alio respectu (secundum nempe prædictam casuum distinctionem) in versiculo *indistinctorum*, filios fratrum ab utroque latere in dicto membro annexionis brachij & corporis ad iuncturas scapularum in specie, & alio, in versiculo sequenti filios fratrum

sororúmve in genere & indistinctè collo-
 cari, cum aliàs verba d. versi. hîc primum,
 si de filiis tantum fratrum germanorum,
 de quibus versiculus immediatè præce-
 dens loquitur, accipiantur, ταυτολογικῶς pla-
 nè & superflua futura sint, à quo vitio
 quamuis dispositionem interpretatione
 saluandam, per not. in l. ait prætor. 3. ibi,
 nec frustra adiicitur. de iureiur. c. pasto-
 ralis. 53. de appell. Tiraq. de retr. conuent.
 §. 1. glos. 1. n. 2. eiusmodiq; saluationem in
 præsentiarum ob id repudiari tantò mi-
 nus posse dubium nemini esse debet, cum
 quod per eam statutum vnum per aliud,
 nempe d. versic. indistinctorum, per d. ar-
 tic. 20. lib. 2. declaratur. per notata in l. sed
 &. 28. de legib. maiorque correctio iuris
 communis iam ante in multis innouati
 euitatur; tum etiam, quod d. versi. hîc pri-
 mum, cum d. artic. 20. aliàs, vt ostensum,
 directo pugnante, in optimam consonan-
 tiam redigitur. Vt enim iura iuribus con-
 cordentur, quis non scit promptè elabo-
 randum esse? l. vnica. C. de inoffic. dotib.
 c. cum expediat. 29. de elect. in 6. Ac dato
 sanè non autem cōcesso, verbum *indistin-*
etorum

*Et*orum in sensu directo nihil aliter operari, nisi vi eius filij fratrum indistinctorum in gradum vltiorem transeant: quâ verò adhuc ratione inde consequetur extensio illa huius transitionis non tantum ad reliquos fratris *ἑτεροθαλῶς* descendentes, sed in genere ad omnes quouis modo vno saltem iure defuncto coniunctos? Si enim quod vi verbi, *indistinctorum*, inferatur, contra ius commune inferatur, an non omnia iura præcipiunt, ad cõsequentiam id nullatenus trahendum? l. quod contra. 183. de reg. iur. cum aliis suprâ citatis. Præterea si diuersæ & distinctæ planè eorum personæ sunt, qui defuncto iunguntur per eiusdem fratrem ab vno latere, & qui iunguntur per collateralem superiorem, veluti patrum, propatrum, & similes, vtut agnatos saltem vel cognatos, quæ extensio in mutatis personis vel cogitari & mente concipi potest? cùm vnum quod extendi debet, diuersa per rerum naturam initia habere nequeat. In secundo & tertio II. & III. obiecto illata coincidentia fratris ab vno latere eiusque filiorum cum filiis fratris indistincti in vnum gradum; vt & conse-

cutio ex ratione similitudinis & *ἀεὶς* inter fratrem distinctum & filios fratris indistincti; & deinde inter illius filios, & huius nepotes desumpta evitari difficilius fortè posset, si ius Saxonicum sine vlla interruptione graduum computationem continuaret: at quia eam, veluti dictum, interfecat, hoc ipso, quod ex falso præsupposita tacitè computationis continuatione colligitur, per seipsum corrui. & per casuum relatorum distinctionem apertè dissolvitur. Ut taceam, quod nihil affertur, quo extensio statuti Saxonici ad eos cognatos, qui non sunt duorum plurimve fratrum defuncti descendentes suadeatur, quod tamen simul probandum erat: Item, quod in iuribus correctoriis regula de similibus locum minimè habeat, ut post supra in sexta decidendi ratione citatos in specie etiam docet Felin. in c. translato, num. 12. de constitut. & Everhar. in Topic. in loco à simili. 13. num. 11. versic. secundò non procedit. Quod quarto loco de transmissione eius quod obstitit prædecessori in successorem allegatum fuit, id eam ob causam ad rem nihil facit,

facit, quod qualitas seu accidens illud
 ἑτεροδαλείας, quod obstat fratri sororive ab
 vno latere, quò minus cum fratre sorore-
 ve ab vtroque possit simul succedere, me-
 rè personale est, hoc est, personæ solius
 fratris sororisve cohærens, cùm, vt in ter-
 tia decidendi ratione dictum, reliqui col-
 laterales omnes alterutrum ex parenti-
 bus, patre scilicet aut matre defuncti di-
 uersum neutiquam habere, sed singulos
 ex diuerso planè tam patre quàm matre
 progenitos esse oportere, ipsa rationis ra-
 tio edoceat. At certò certius est, quod ea
 quæ personæ prædecessoris cohærent,
 successori cùm singulari tum vniuersali
 nec prodesse. Dyn. in c. is qui. 46. nume-
 ro septimo, extrà, de regul. iur. in 6. nec
 etiam obesse soleant. Sic enim obstacu-
 lum excommunicationis excommuni-
 catum ab agendo repellens. cap. pruden-
 tiam. 21. §. sexta. de offic. delegat. cap. ex-
 ceptionem. 12. de except. non impedit,
 quò minus is, cui actiones suas excom-
 municatus cessit, iudicio etiam ante ab-
 solutionem cedētis possit experiri. gl. in c.
 vnico. in verbo, semestre, de iur. patr. in 6.

Specu

Speculat. lib. 1. tit. de procurat. §. sequitur. 5. n. 5. Bartol. in l. apud Celsum, 4. §. si cum legitima. de doli mali & met. except. Sic pactum personale quod obstat inter ipsos paciscētes quoad efficacem exactionem, ad hæredes paciscentium vim suam minimè extendit. l. & hæredi. 22. & l. idem. 26. de pact. Sic exhæredatio aut deportatio filij non nocet nepoti, quò minus ipse ex sua persona ad bonorum possessionem contra tabulas testamenti aucti admitti debeat, tradente Vlpiano in l. 1. §. pen. & l. 3. §. si emancipatus, ubi & Bar. de bonor. possess. cont. tab. Adhæc quod *ἑτεροδαλεία* in liberis fratris distincti transitionem in vltiorem gradum operari nequeat, ostendit vel sola illa, cuius iam sæpius mentio facta est, computandi gradus ratio iuri Saxonico peculiaris, vtpote quæ post gradum tertium, in quẽ fratrem distinctum collocat, quartum & vltiores minimè numerat, sed nouã planè numerationem exorditur. Accedit & hoc, quod veluti ius succedendi ab intestato, quod habent liberi fratris sororisve ab vno latere (vt de aliis nihil dicam) in hæreditatibus suorum

rum

rum cognatorum transfuersalium, nō profuit ab aliquo iure reali in eos transitorio, ita quoque non causatur à personâ ipsius fratris sororisve *ἑτεροδαλῆς*, sed à legis aut statuti dispositione. Bar. in l. qui superstitis. 93. num. 2. in fin. de acq. hæred. Menoch. de præsumt. lib. 4. præsumt. 86. num. 7. per Comensem in l. conficiuntur. de iure codicill. & in l. i. n. 10. de legat. i. & consil. 84. Alex. cons. 44. in fine, vol. 5. vnde & succedens ab intestato titulum legis habere dicitur. Bal. in l. si emancipati. opposit. 8. C. de colla. Verùm adducta superius in contrariam partem de successore primum eiusmodi loquuntur, cuius ius vniuersum à defuncto causatur, qua ratione eiusdem vitia tam personalia quàm realia eidem meritò obstant. l. cum hæres. ii. de diuers. & temp. præscript. Hostiens. in sua summa, super rubricam, extrà de præscript. tit. pro hærede, num. 4. Francisc. Balb. in tract. præscript. par. 2. part. tert. princip. quæst. 12. num. 11. & 12. Secundò loquuntur de successoribus singularibus, qui succedunt in dominium aut ius alterius reale, h. e. rei vel causæ coherens. Dec. in l. qui

qui in ius. 137. num. 3. de reg. iur. gloss. in l. an vitium. 5. in verbo, vitium. de diuers. & temporal. præscript. in quibus, quod plus quàm autores ipsorum iuris habere nequeant, ob id mirum videri non debet, quod res cum sua causa, onere & vitiis transire semper soleat. l. alienatio. 67. de contrahen. emt. l. traditio. 20. de acquir. rer. domin. l. si debitor. 12. C. de distractio- ne pignor. cap. pastoralis. 28. vbi & gloss. verbi, cum onere. & cap. cum non sit. 33. in fine, de decim. cap. ex literis. 5. circa finem, de pignoribus. Cæterùm quod liberis delictum, culpa, aut aliud obstaculum impedimentumve paternum in his, quæ aliunde quàm à patre ipsis obueniunt, & sic in successione quoque suorum transuersalium nullo modo noceat, de eo est insignis textus in l. 3. de interd. & re-
 » leg. vbi Iurisconsultus Alphenus: Eum
 » qui ciuitatem amisit, inquit, nihil aliud
 » iuris adimere liberis, nisi quod ab ipso
 » prouenturum esset ad eos, si intestatus in
 » ciuitate moreretur, hoc est, hæreditatem
 » eius, & libertos, & si quid aliud in genere
 » reperiri potest: Quæ verò non à patre, sed
 à ge-

à genere, à ciuitate, à natura tribueren-
 tur, ea manere eis incolumia: itaque &
 fratres fratribus fore legitimos hæredes,
 & agnatorum tutelas & hæreditates ha-
 bituros: non enim hæc patrem, sed ma-
 iores eius dedisse. Ex qua equidem ra-
 tione æquissima communiter & verissi-
 mè quidem traditum est, quantumuis
 nepos legitimus ex filio naturali non pos-
 sit capere relictum sibi contemplatione
 aliqua ipsius filij naturalis ab auo sobo-
 lem legitimam habente, quod tamen eo
 casu, quo constet auum ipsi sola ipsius
 contemplatione reliquisse, relictum, tan-
 quam aliunde quàm à patre sibi delati,
 omnino capax sit. Bartol. & communi-
 ter Doctores in l. Gallus. §. quod si is. de
 liber. & posthum. Bald. Castrens. Signo-
 rol. Freder. de Senis. Dec. Corn. ac alij
 relati per Menoch. in tractat. præsumpt.
 lib. 4. præsumpt. 96. num. 19. 20. Nec ab-
 similis ratio est, quòd filiâ, quæ hæredi-
 tati paternæ renunciauit, viuo patre mor-
 tuâ, nepotes legitimam ex bonis aui pe-
 tere non prohibeantur. Iohan. Baptist. à
 Villalob. tomo secundo, thes. commun.
 opin.

opin. sub litera N. nu. 11. vbi ex Ioh. à Ripa in lib. 1. de legib. cap. 6. num. 3. communem dicit. Michaël Grassus in §. hæreditas, quæst. finali, num. 31. qui itidem communem testatur, etiam tum, cùm mater aliquid puta dotē in vita accepit, ex Dec. Alex. Bertr. Gozad. Crau. & Rol. à Valle in locis per eum adductis. Quoniam enim ius succedendi auo in legitima non habent ex persona matris, quasi ex iure transmissio, sed ex sua propria persona, & legis dispositione. Bar. in l. qui superstitis. 93. num. 2. in fine, de acquir. hæredit. & l. 1. §. 1. de collat. dot. & l. 1. §. si fit filius. de coniungend. cum emancip. liber. & l. si auus, vbi est textus. C. de liber. præter. Ias. in l. is potest. n. 41. de acq. hæred. Schurpff consil. 1. num. 4. cent. 2. renunciatio quoque, quæ matri quidem, si viueret & succedere vellet, obstaret, præiudicare eis in iure ipsorum proprio neutiquam potest, cū ex facto alterius auferri mihi ius, quod ex ipsius iudicio ad me non peruenit, nequeat. l. si arrogator. 21. de adopt. fac. l. id quod nostrum est. 11. de reg. iur. Ad quintam dubitandi rationem quod attinet, negari

negari quidem non potest, fratrem ab utroque latere ob duplex vinculum & cognationis ius quo defuncto iungitur, fratri ab vno latere in sæpe citato artic. 3. præferri, ac pro proximioris vno gradu haberi: veruntamen & hoc in aperto est, in eodem artic. 3. vinculum illud duplex generaliter neutiquam considerari, sed in versic. *nam si alterutrum*, ad id duntaxat, quod à patre & matre defuncti iisdem, & non ab aliis etiam causatur, in specie restringi. Quoniã ergo dispositio quæuis vt ad amplitudinem rationis suæ amplianda. l. regula. 9. §. fin. vbi Bart. notat. de iur. & fact. ignor. l. 2. §. si mater. ad SC. Tertyl. l. nomen debitoris. 33. §. fi. de leg. 3. ita ad strictitudinem eiusdem coarctanda quoque est. l. cum pater. 79. §. dulcissimis. de lega. 2. l. adigere. 6. §. quamuis, vbi not. Bartol. de iur. patron. & l. milites. 13. vbi optimus textus. de re milit. eapropter & statutum iuris Saxonici in d. artic. 3. ad terminos limitatæ suæ rationis omnino contrahenda, & ultra eos ius commune cum sua ratione per id correctum esse minimè putandum est. Ac dato, dictam rationem

F non

non pro limitata aut stricta, sed si non pro generali expressa, saltem ea, quæ vnica dari possit, habendam esse: pluribus tamen in sexta decidendi ratione demonstratum fuit, in correctoriis ne quidem ex maioritate rationis extensionem permiffam esse. Cui equidem communiter receptæ regulæ nihil detrahit, quod eam interpretes magno numero officium suum, vt cum Iureconsulto in l. i. de reg. iur. loquar, perdere tradunt, quando vel ratio in lege expressa est, vel vnica saltem reddi potest, vt præter suprâ citatos in specie videre apud Iason. in Authent. quas actiones. num. 22. de sacrosan. Eccles. & Euerhar. in Topic. loco 79. à rat. leg. lar. num. 18. 19. 20. Vtraque enim exceptio nulla lege hoc dicente probatur, ideoque nihil etiam meritò facienda. c. is qui in Ecclesia. 18. ibi, cum id non sit expressum in iure. de sent. excomm. in 6. l. 5. ibi, nulla præcepit iuris constitutio. Cod. de repud. l. illam. 19. ibi, quòd nulla constitutio super huiusmodi collatione posita esset. C. de collat. §. optimum itaque, ibi, nec quilibet lex est tale aliquid dicens. Nouella 2. collat.

collat. 1. tit. 2. præsertim etiam, cum regulæ tamdiu stari iura velint, donec exceptio ab ea liquidò probata sit. l. 5. de probat. l. 4. §. puto. de hæred. instit. c. 2. de restitut. spoliat. in 6. & c. venerabilibus. 7. §. potest quoque, de sentent. excommunic. eod. lib. Non moratur, quod pro fundanda priore exceptione (vt apud Euerhard. d. loco videre est) allegatur l. his solis. 7. ibi, satis tacitè cautum putamus. C. de reuoc. donat. & l. cùm mulier. 49. solut. matrim. Probādum enim est, quòd leges nouæ correctoriæ antiquorum iurium vi rationis expressæ ultra casum aut personam, de quo quæue disponunt possint extendi. At allegatarum legum neutra in materia iuris antiqui correctoria loquitur. Quî ergo ex illis quod faciat *περὶ τὸ ἐπι* potest quid colligi? Et hac ratione confunditur etiam inductio l. emptor. 66. in fine. ibi, ea ratione reddita. de rei vendicatio. & ex l. in fideicommissi. 3. §. cùm Pollidius, ibi, idque sibi mater ideò testamento placuisse comprehendisset. de vsuris.

Nullum quippe ius nouum & his legibus introducitur. Adhæc quoq; vtraq; de

dispositione testamētaria, & ea fideicommissaria posterior, loquitur. A testamentis autem ad statuta correctoria arguere manifesta diametralis inter ista duo diuersitatis ratio prohibet, argu. l. Papinianus. 21. de minorib. Odiosa etenim hæc planè, l. cum in honorariis. 34. §. sed cum, ibi, quia contra ius ciuile datur. de oblig. & act. cum aliis suprà citatis: illa autem sine dubio ex numero causarum fauorabilium sunt. tex. in c. finali, de sent. & re iud. l. si pars. 10. de inoffic. testam. Præterea in statutis correctoriis voluntas statuētium de sui natura strictè. d. l. cum in honorariis. §. sed cum, & aliis vulgatis; voluntas verò testatorum regulariter largè, & quidem adeò seruanda est, vt primitus inspicienda, secundumque eam, etiam si coniecturata saltem sit, dispositio eius tam directa. latiss. Iacob. Menoch. in tract. præsumt. lib. 4. præsumt. 26. quàm fideicommissaria, & quidem potissimum, non solum de casu ad casum, sed etiam de persona ad personam extendi debeat. l. pen. de legat. 1. l. hæredes mei. 57. §. cum ita, vbi insignis textus. ad SC. Trebell. l. cum virum.

rum. 16. & l. cum acutissimi. C. de fideic. Michael Grassus in §. fideicommissum. quæst. 4. num. 5. & seqq. & quæst. 8. nu. 2. Menoch. d. lib. 4. præsumt. 69. & 73. Ad leges pro confirmatione alterius exceptionis à Baldo in l. maximum vitium. n. 16. C. de liber. præter. citatas quod attinet, l. 2. de liber. præter. (in qua hoc solùm dicitur, quod nominatim filius exhæredatus censeatur his verbis, *filius exheres esto*, si modò vnicus sit) ob hoc (vt præcedentes solutiones non repetam) id, ad quod confirmandum adducitur, nullo modo probare potest, quod in ea de nulla omnino extēsiōe vi rationis, quæ vel expressa sit, vel vnica dari possit, quæstio sit, fingi possit. Quo vitio etiã laborat inductio, l. fundus qui locatus. 24. de fun. instr. & l. si optio. 13. de opt. leg. vt ex verbis vtriusque plus q̃ manifestum est. Sic glossa ab omnibus tanq̃ singularis pro eiusdē exceptionis seu fallentiæ corroboratione allegata in l. quamuis. C. de fideic. id ad quod notatur non dicit, vt animaduertit Ias. in §. omnium. num. 38. Instit. de act. Ac posito sanè, quod id dicat, cùm tamen sine lege dicat,

F 3 tam

tàm facilè utique potest negari, quàm facilè ipsa hoc asserit, per theoricam Iason, in lectura l. Gallus. §. nunc de lege. nu. 15. de liber. & posthum. ne quid dicam, quod glossæ non sit credendum, quãdo bonam legem non allegat, secundum Bald. in l. respublica. C. ex quibus caus. manumitt. quem refert Ias. in l. stipulationes non diuiduntur. num. 24. de verb. obligat. Denique non obstat etiam quoad vtramque exceptionem, quòd ratio sit mens legis, quippe quæ ex ratione colligitur. Cuman. & alij in l. cùm mulier. 49. fol. matrim. idcoque accommodatio legis ad casus, quibus eius ratio conuenit, non extensio, sed comprehensio, tanquam scilicet speciei sub genere dici debeat, per suprà allegata in quinta dubitandi ratione. Sine dubio enim hoc verè dicitur de legibus nõ correctoriis, de iis autem, quibus iura antiqua innouantur neutiquam, vt manifestè conuincunt omnes illi ex vtroque iure adducti textus, quibus apertissimè probatum, ad hoc, vt ius antiquum per ius nouum & recens, & sic statutum etiam, correctum censi debeat, specialem expressionem

sionem requiri. Diuersa etenim sunt, ean-
 dem, quæ in vno seu quibusdam obtinet,
 in alio quoq; seu aliis obtinere rationem,
 &, expressa constitutione specialiter in-
 nouatum esse oportere. Sic licet in Cle-
 ment. 3. de rescript. vnica euitatio circui-
 tus pro ratione expressim ponatur, cur
 auditor à Romana curia deputatus de
 beneficio (quod pronunciabit alicui de
 iure fore debitum) absque alia commis-
 sione sibi possit prouidere: huius tamen
 Clementinæ dispositio, præsertim quan-
 do non agitur de beneficio ad Papam de-
 uoluto, ad auditorem extra curiam da-
 tum, ob id, quod non minus euitandi cir-
 cuitus ratio locum in eius persona repe-
 riat, minimè extendendam, nec propter-
 ea cap. super eo. 15. extrà, de offic. & pote-
 stat. iudic. deleg. pro correcto habendum
 esse communiter placuit per doctrinam
 gloss. in d. Cl. 3. quàm admodum validè
 confirmat c. cùm expediât. 29. de elect. in
 6. Constitutum enim fuit per Innoc. 3. in
 c. cùm dilectus. 32. eod. in antiquis, sub eâ
 forma in electionib. licitè posse compro-
 mitti, vt cõpromissarij secretò & sigillatim

voluntatibus omnium inquisitis, illum, in quem maior & sanior pars capituli consenserit, eligere teneantur. Postea autem per subsecutum concilium generale, relatum in c. quia propter. 42. ext. eod. decretum est, ad electionem vnâ ex his tribus duntaxat formis, scrutiniij, commisionis, aut inspirationis esse procedendum, aliâ autem factam, pro valida non habendam, idque propter has, in d. c. quia propter. disertè expressas, causas, quod propter diuersas electionû formas, quas quidam inuenire conentur, & multa impedimenta proueniant, & multa pericula immineant ecclesiis viduatis. Dubitatum itaque fuit, cùm sub generalitate harum rationum & ea, quæ per Innocentium 3. in d. c. cùm dilectus, approbata est forma comprehendi videatur, & in d. c. quia propter. electiones aliis quàm ibidem præscriptis formis factas valere non debere decernatur, an propterea præfata decretalis Innocentij pro abrogata habenda esset. Sed his dubitandi rationibus non attentis dicit declarando Pontifex in d. c. cùm expediat, decretalem Innocētij per decre-

decretum concilij generalis non abrogata, ea decidendi ratione, quod iura iuribus concordare, & eorum correctiones si sustineri valeant (sustineri autem in præfenti casu correctio antiquæ decretalis ratione alia nequit, quam quod specialiter & expressè per recentius decretum ei non fuerit derogatum) euitare expediat. Concordat optimè, quod in similibus terminis traditum reperitur in c. constitutio. 41. eod. tit. in 6. Nam in concilio Lugdunensi ex constitutione Gregorij Papæ forma noua, secundum quam ab iis, qui in electionibus, postulationibus aut prouisionibus se opponunt, appellari debeat exprimens, erat edita, & quidem has ob causas, vt circa electiones, postulationes & prouisiones Ecclesiasticas via maliitiis, quantum possibile esset, præcluderetur, ne diutius periculose vacarent Ecclesiæ, vel personatum, dignitatum & aliorum Ecclesiasticorum beneficiorum prouisio differretur, vt sonant verba c. 4. ext. eod. Ob harum causarum generalitatem videbatur similiter quibusdam ea constitutio de appellationibus tam iudicialibus

F 5 quàm

quàm extraiudicialibus generaliter accipienda, veteresque decretales, utputà c. vt debitus. de appell. & c. cordi. eod. in 6. correctas esse. Sed cùm eorum specialis innouatio in dicta constitutione Gregorij non sit expressè facta (alia enim causa declarationis Papalis dari nequit) eapropter ait Pontifex Bonifacius in d. c. constitutio. quod d. c. 4. locum sibi non vendicet, nisi solum cùm extra iudicium appellatur, ideoque in appellationibus iudicialibus vetera iura tanquam incorrecta seruanda esse. Quod si ergo, vt ex his patet, correctio iurium antiquorum nequidem vi aliquot rationum in nouis iuribus disertè positarum inducenda est: cui dubium amplius esse potest, correctionem vi vnius coniecturatae saltem rationis in noua aliqua constitutione, lege aut statuto multò minus inducendam esse? Nequid dicam, quod vni rationi maiorem effectum tribuere quàm duabus aut pluribus (quod autores præmissarum exceptionum faciunt) nihil aliud sit, quàm euertere communem sensum, & omnia illa superius allegata iura, præsertim autem

l. scri-

l. scripto. 6. in fin. vnde liberi. & §. si verò. Institut. de adoption. quibus liquidissime ostenditur, duarum rationum in vnam rem aut personam concursum id operari, quod ratio solitaria non efficeret, duasque rationes semper vincere vnã secundum Bald. in l. pater filium. num. 6. C. de inoffic. testam. Accedunt his tradita à clarissimo Alciato lib. 2. de verbor. significat. num. 35. & 36. quæ cum singularia sint, placet ea pro maiori corroboratione à me adductorum præcedentibus de verbo ad verbum subiungere. In correctoriis itaque (inquit Alciatus) si adsit eadem ratio, non tamen eadem inducitur iuris dispositio, quod in dispensationibus quoque procedit. Non enim est aliud dispensatio, quàm iuris communis quædam ad fauorem particularem relaxatio seu correctio, quæ & priuilegium dici potest. In his igitur extensio, etsi eadem vel maior adsit ratio, locum non habet. c. fin. de postul. prælat. Sunt enim dispensationes odiosæ, & annexam mandati Pontificij formam habent. c. cui non. de præbend. in 6. à qua quia recedi non potest, meritò præfra-

prefractè nimis & ad literam accipiuntur. Restrigitur prædicta regula, quando ratio in lege expressa est, tunc enim ex ea fit extensio. Ias. in Auth. quas actiones. C. de SS. Eccles. quoniã omnis casus in ea comprehensus censetur, cùm ratio legis sit lex generaliter, quicquid sub ea continetur decidens. Et ita aliquibus videtur, quædam in sui sententiam adducentibus, quæ non in correctoriis sed limitatoriis locum habent. Mihi sanè haud verisimilis, nec ex veterum Imm. in l. si verò. §. de viro. solu. matrim. & Gemin. in c. 1. de temporib. ordinand. in 6. mente videtur. Cùm enim idem in lege sit, siue ratio exprimat, siue vnica tantum adduci queat (*intelligo secundum plerosque Doctores*) consequens esset, vt regula nunquam procederet, nisi vbi lex ex pluribus rationibus sancita esset, qui casus rarissimus est, imò exceptio etiam inepta esset, cùm tunc non quia tractaretur de correctione, præcisa esset extensio, sed quia aliqua ex illis rationibus cessaret [*& sic non esset de genere regula, vt tamen vera exceptio esse debet. Dec. in l. 1. n. 20. de reg. iur.*] Nam & ex eo confutatur hæc opinio,

opinio, quod receptissimi iuris est, quoties eadem ratio id suadet, in correctoriis fieri extensionem de stricta vocabuli significatione ad latam. gl. in §. hæc omnia. Authen. vt hi qui obligant verb. ad curat. quam significationem quid opus esset respici, si etiam circa vocis generalitatem fieret extensio? cum vnica in ratione frequentissimum sit omnem legis cardinem versari. Sensere hoc Pontificij iuris interpretes, dum constitutionem eam, quæ quemcunque religiosum in præfulem alterius religionis eligi prohibet, quoniam correctoria erat, nō extendi tradiderunt, quò minus in collegam eligi possit. gloss. Clem. i. in verbo, prælatum. de elect. tametsi eadem esset ratio, ne disparis conditionis homines socientur. Sensit & Bartolus, dum legem municipale, quâ stantibus filiis masculis foeminæ excluduntur, non extendi ex ratione agnationis conseruandæ, quæ sola probabiliter adduci poterat, tradidit in l. liberorum. de verb. significat. Hactenus Alciatus, à quo non dissentit Raphaël Cumanus in consil. 97. in fine, dum ibi admittat ex ratione quæ vnica

vnica dari possit extensione, hoc omnino
 consecuturum ait, quòd, cùm statuentes
 vna saltem ratione principaliter moueri
 verifimile sit, pauca admodũ statuta cor-
 rectoria extensionem euasura sint. Sed
 veritatis in proposita iuris Saxonici con-
 trouersa quæstione euidentius eruendæ
 causa iterum sanè dato, ex statuto corre-
 ctorij ratione, siue expressa sit, siue vnica
 saltem dari possit, extensionem minimè
 prohibendam: manifestissimum tamen
 adhuc ex his, quæ in quinta decidendi ra-
 tione dicta sunt, remanet, quòd, connu-
 merationẽ gradus illius vltioris, in quo
 est frater ab vno latere, in eius liberis fieri
 nec debere nec etiam posse, interfecta
 graduum computatio inuitabiliter con-
 uincat, & cognatio post fratres in artic. 17.
 lib. 1. Spec. Saxon. indistinctè considerata
 amplius corroboret. At Doctores ipsi tra-
 ditionem suam vtut falsissimam de exten-
 sione vi rationis locum habere nolunt,
 quando causa aliqua non scripta in lege
 extensionem fieri non debere saltem sua-
 det, vt post alios liquet ex Euerh. in To-
 pic. loco 79. à rat. leg. larga. num. 26. versi.
 quar-

quartò. & Alb. in addit. ad Bartolum in l. si constante. 25. num. 38. solut. matrim. Relinquitur itaque vel hanc ob causam veritatem positæ conclusionis inconcusfam adhuc per datas exceptiones stare, & intellectum d. artic. 3. strictum & limitatum, vt legibus, & dein Doctorum quoque theoreticis consentaneum omnino retinendum esse. Restat hoc nunc solummodo diluendum, quod postremo loco de consuetudine allatum fuit, quasi scilicet per eam dispositio d. artic. 3. ad omnes gradus ultra fratres & eorum liberos extensa sit, atq; ita etiam pronuncietur. Sane si hic non magnam vim consuetudinis (cuius prætenso multorum oculos perstrinxit) dixero, adeò vt licet legum Romanarum non sit vilis autoritas, vim tamen hæ suam eò non extendant, vt vsum vincant aut mores, secundum textum in c. 1. de feu. cognit. tit. 1. lib. 2. in vsib. feud. næ ego summæ inscitæ ab omnibus damnandus sim. Sed dabitur, vt spero, & hoc mihi, tum demum cõsuetudinem, & quidem cõtra legem, præiudicium iuri communi generare, cõtraq; id seruari debere, quan-

IV

quando constat legitimè eam esse introductam, per text. in c. finali, ibi, nisi fuerit rationabilis & legitimè præscripta. de cōsuet. & c. 3. ibi. dum tamen aliàs canonicè sit præscripta consuetudo quam allegat episcopus. eodem tit. in 6. & sic præter alia requisita, de quibus latè Abb. & Dd. in d. c. finali. hæc etiam duo in specie interuenisse, certam nempe scientiam seu consensum omnis erroris expertem, & deinde usum eorum, inter quos consuetudo inducta dicitur, frequentem, eumq; conformem & non variatum seu difformem. Nam quantum ad prius, de eo ita docet magister veritatis in iure nostro Bart. in l. 2. C. quæ sit longa cons. nu. 21. Quæro an consuetudo induci possit per errorē contra legem. Dicas breuiter secundum Iac. de Aret. & Petr. Aut quæris, an consuetudo per errorē possit induci contra legem, & dictum est quod non, quia populus sic vititur, credens legem sic dicere & eius obseruantiam, ergo non dicitur eam velle tollere, arg. l. legata inutiliter. de legat. 1. l. legata. de adimend. legat. l. cum tale. §. fallam. de condit. & demonstr. Aut præter

ter

ter legem, & in hoc membro (vt paucis interiectis, quæ Bartolus reiicit, sequitur) ego sic dico: Aut populus errat in facto, & non inducitur consuetudo præter legem, quia deficit consensus: aut in iure, & tunc non extenditur consuetudo generaliter, videlicet, quia non trahitur ad alios casus & personas similes, vt in l. quod non ratione, & quod ibi notatur. de legib. Concludo igitur hanc legem procedere in consuetudine regulari, ex certa scientia populi inducta, & (vt subiicit idem Bart. nu. 45.) consuetudinem per erroneum consensum contra legem inductam non valere nec seruandam esse. Sic clarissimus practicus Andr. Gaill obs. pract. lib. 2. obseruat. 31. num. 11. Obseruandum. *ex gl. & Panormit. in d. c. finali. num. 22. de consuetud.* inquit, quòd consuetudo errore inducta non valeat, quia error tacitum cõsensum populi tanquam causam efficientem excludit. Consentit Mynsing. cameral. obseruat. centur. 6. obseruat. 41. n. 11. 12. dum ait: *Quartò ad consuetudinem inducendam* necesse est, quod ex certa scientia populi inducta sit, & nõ ex errore manârit, iuxta

G gl.

gl. in c. finali. de consuet. Roman. in con-
 fil. 168. num. 15. Fabr. in §. ex non scripto.
 num. 7. Instit. de iur. natur. gent. & ciu. Et
 ratio est, quia cùm consuetudo sit tacitus
 consensus populi. l. sed ea. de legib. dato
 errore in populo, excluderetur consen-
 sus eiusdem l. si per errorem. de iurisdic-
 omn. iud. cum similibus, & constat taci-
 cum consensum populi vel maioris par-
 tis causam proximam esse, ex qua consue-
 tudo nascitur. Posterius de quo dixi re-
 quisitum, usum nempe frequentem eum-
 que non variatum, sed conformem fa-
 tis probat l. nam imperator. 28. ibi. rerum
 perpetuò similiter iudicatarum. de legib.
 & l. 3. ibi, probatis iis, quæ in oppido in eo-
 dem genere controuersiarum frequen-
 ter seruata sunt. C. de ædific. priuat. Item
 doctrina Bartoli in l. solet. 6. §. non verò.
 num. 4. in medio. de offi. proconsul. dum
 ibi ait, sicut ex difformi usu testatoris non
 possit colligi intentio eiusdem l. id au-
 tem. de fund. instru. l. quæsitum. §. si quis.
 eod. l. Scio. §. medico. de ann. legat. l.
 quod autem. de seruitut. urban. prædior.
 ita nec ex difformi usu populi colligi pos-
 se

se intentionem volendi inducere consuetudinem, vt per eundem, & Doctores in l. de quibus. de legib. & notat tanquam singulare Mynsing. d. centur. 6. obseruat. 42. Verum enim uerò vtrumque commemoratorum requisitorū in allegata consuetudine deficere, eamq; primò ab erroneo principio iis in locis, vbi secundū eam pronunciarī primū cepit, pro manasse, id constat ex ipsis pro ea astruenda relatis Doctoribus, vtpote ex quibus apertè videre est, nulla illam alia ratione aut fundamento à quibusdam vsurpatam, quàm quod ab iis existimatum fuit, verè vigore articu. 3. lib. 1. Spec. Saxonie. non tantū ipsum fratrem ab vno latere, sed omnes etiam eius liberos, imò quosuis alicui vno saltem cognationis vinculo aut iure coniūctos in gradum vltiorem, quàm liberos fratris aliòsve ab vtroq; latere cognatos non solūm trāsponi posse, sed & oportere. Etenim aut illorum, quorū sententiis ad instar ipsius fratris *ἑτεροθαλῆς* & reliquū vno duntaxat cognationis vinculo defuncto attinentes in gradū remotiorem trāsportati primū sunt, aut illorū, quorum

tacitus consensus in non contradicendo
 ita pronunciatis accessit, intentionem fu-
 isse, vel ius Saxonicum in aliquo corrige-
 re, vel tale quid, quod à vera ratione iuris
 Saxonici recederet, vel etiam quod iam
 iure Saxonico non esset statutum, noui-
 ter inducere aut inuehere, id nullo modo
 propterea præsumi potest, quod illis qui-
 dem nihil magis quàm pro more loci ex
 præscripto iuris Saxonici pronunciare,
 his autem præiudicia nulla alia opinione,
 quàm conformitatis eorundem cum dis-
 positione eiusdē iuris Saxonici tanquam
 prouincialis & iam constituti homologa-
 re, propositū esse potuerit: vt præteream,
 quod & absque hoc præsumtio pro teme-
 raria correctione & immutatione iuris se-
 mel ritè introducti facilè capienda nō sit.
 Atenim si quis rationes hucusque ad lon-
 gum allatas attentius expendit, quæ vel
 minutissima ambigendi vltèrius causa re-
 linqui potest, gradū illum in quem transit
 frater *ἑτεροδουλῆς* remotiorem in eius etiam
 filiis, & multò magis in aliis ab vno saltem
 latere cognatis transfuersalibus connume-
 rari, eosque similiter in vnum membrum
 remo-

remotius collocari nullo modo nullaque
 ratione posse nedum oportere, si modò
 & ratio limitata in textu d. artic. 3. versic.
nam si alterutrum, & solùm illud proximius
 cognationis ius sine vlla vnius aut dupli-
 cis vinculi contemplatione fratre aliquo
 hæreditatem non adeunte, in artic. 17. lib.
 1. Spec. Sax. consideratum, præsertim au-
 tem & maximè computatio illa graduum
 post fratrem distinctum interrupta, & à
 fratrum filiis peculiari modo per legisla-
 torem Saxonicum de nouo rursus inchoa-
 ta, salua & incorrecta manere, ac ab omni
 sui violatione & nouæ cuiusdam formæ
 computationis graduum superinductio-
 ne integra conseruari debeat? Atque hæc
 & alia cum in superioribus verissima iam
 ante demonstrata sint, nolo *ταυτολογεῖν*, sed
 ad diligentiorum eorum, præcipuè autem
 quæ in sexta decidendi ratione dicta sunt,
 trutinatiōem me refero, & odiosam hanc
 erronei principij indicationem cum illa
 optimè huc faciente doctrina Iacobi de
 Aretio, quam sequitur Oldrad. & laudat
 Bartol. in l. supellectili. §. sed & de his. nu.
 1. de supellect. leg. concludo, quod scilicet

quando princeps vel alius qui habet ius
condendi, errat in ipsa legis constitutio-
ne, quia in veritate non intendit legem
constituere, sed vtitur tanquam iam sit
constitutum, quod tunc talis error, vtpo-
te consensu deficiente, ius minimè faciat.
Ad defectum posterioris requisiti in af-
serta consuetudine quod attinet, vt quan-
tum in eo momenti situm sit, eò diluci-
dius appareat, ad hoc singulariter atten-
dendum est, aliud planè esse, consuetudi-
nem quorundam locorum, in quibus vi-
get ius Saxonicum, hoc vel illo modo ali-
quid seruare, & aliud, consuetudine iu-
ris Saxonici generali, hoc est, quæ in toto
solo Saxonico, & omnibus iis in locis, in
quibus ex iure Saxonico controuersia
deciduntur, als ein Landtvblich Sächsisch
Recht seruari debeat, receptum esse. Ne-
que enim si Lipsiæ aut Ienæ consuetudo
certa contra ius legitimè introducta vi-
geat, statim inde, vt quiuis videt, inferri
rectè potest, siquidem consuetudo illa in
loco, vbi iuris Saxonici vsus sit, obserue-
tur, eandem pro generali consuetudine
omnium vtentium iure Saxonico; & se-
cundum

eundem quam inter eos similiter pro-
 nunciandum fit, habendam esse. Certò
 enim certius est, consuetudines locales,
 præsertim iuris communis correctorias,
 extra territoria minimè extēdendas. An-
 dreas Gaill obseru. pract. lib. 2. obseruat.
 124. num. 4. 5. & seqq. vbi multos allegat.
 Et ad inducendam consuetudinem iuris
 Saxonici generalem sufficere neutiquam
 posse vnius aut alterius loci in pronun-
 ciando morem, sed vnanimem & con-
 formem vsu requiri omnium locorum,
 vbi ex præscripto iuris Saxonici causa-
 rum decisio fit, cū in his quæ pertinere
 debent ad plures vt vniuersos, omnium
 simul consensus interuenire necesse sit.
 text. in cap. in Genesi, 55. versic. nec ex sin-
 gularibus consensibus. de elect. cap. quod
 omnes. 29. cum concordantibus. in gloss.
 de regul. iur. in 6. not. Castrenf. in l. 1. nu-
 mero 16. de legib. per gloss. in c. 1. de reb.
 Eccles. non alien. Abb. in c. auditis. num.
 8. de elect. ideoque statuta ad causarum
 decisionem pertinentia vna pars ciuitatis
 sine confirmatione totius populi facere
 non possit, secundum determinationem

Bartoli in l. omnes populi. nu. 7. de iust. & iur. Cæterùm extensiuam illam ex d. art. 3. lib. 1. Sp. Sax. pronunciandi consuetudinem non solùm erroneo principio constare, ideoque non seruandam, sed merè particularem quoque, & tamen eam etiam non conformem esse, pro generali autem, etiam in persona ipsius fratris *ετεροθαλῆς* cum fratre germano defuncti aut eius liberis non concurrente, & sic ultra casus à iure Saxonico specialiter expressos, neque ab antiquis neque modernis Iureconsultis haberi, sed à pluribus penitus non agnosci, hoc ipsum indeq; resultantem vsus varietatem abundè firmant sequentia testimonia. Ac primùm additio in d. artic. 3. lib. 1. Sp. Saxon. ad verbum **Brüder vnd Schwester**/quæ sic habet: Soror ex altero parente tantum mihi coniuncta succedit mecum posthabita amita; quantumuis patri meo consanguinea simul & vterina fuerit, vt pronunciant Lipsenses, *ne videlicet hereditas recto sinu excidat*. Ita additio ad art. 17. eod. libro sub littera F. Per collectionem, ait, siue argumentum, *Doctores inducunt hunc textum*, dum dicit,

dicit, Wenn sich ein Erbe verschwifert/ ad hoc, quòd frater (ab vno scilicet latere, cùm de fratre ab vtroque nullum sit dubium) præferatur patruo in bonis fratris, & bene iuxta dispositionem iuris communis. §. si plures. Inst. de legit. agna. success. Auth. post fratres. C. de legit. hæred. Concordat apostilla ad gl. in artic. 20. lib. 2. in verbo, Ungezweyeter Brüder/ Ea enim post verba illa (Mein halber Bruder von Vatter oder von Mutter wegen/ vnd meines vollen Bruders Kinder sind meinem Erbe gleich nahe/ iuxta textum hunc) ita subiungit: secus est in patruo, quia excluditur per fratrem vterinum: Item, secus est in auunculo & matertera. *Ratio diuersitatis est, quia vnum expressum est in Speculo Saxonico, alterum minus, scilicet, quòd filij fratrum vtriusque coniunctorum æqualiter succedant cum vterinis, non autem quod cum patruo.* His nouissimè accedit in celebri suo tractatu de processibus executiuis par. 1. cap. 3. n. 37. 38. præstantissimus iuris Saxonici interpres & practicus Matthias Colerus, qui, vt ipse etiam in d. tract. parte 1. cap. 10. n. 394. vers. & secundum. pag. 368.

G s memi-

meminit, viginti septem annis decisionibus causarum in Thuringia interfuit, tantoque maiorem fidem meretur, dū: Crebrò contingit, inquit, tum propter imperitiam, tum etiam propter mutationē iudicū. arg. l. proponebatur. de iud. vt super vna eadēq; specie ius diuersimodè dicatur etiam in vna eadēq; prouincia vel ciuitate & ita ius loci quodāmodo incertum reddatur, prout olim vidimus fieri in interpretatione iuris Sax. in textu *Land Recht* / lib. 1. art. 3. & 17. cuius virtute licet frater, item soror alicuius consanguinea aut veterina in successione defuncti cum patris sint in æquali gradu, tertio videlicet, *Den die halbe Geburt verrücket oder versetzt ein Gesippe* / ita quòd fratres ex vno tantum latere dicuntur in tertio gradu attinere defunctum, ideoq; equaliter videbantur admittendi. §. cæterum. versic. quare enim. Instit. de legit. agn. success. Eo tamen non obstante, *consuetudo harum & vicinarum prouinciarum antiqua & inueterata* ita interpretata fuit legem Saxoniam, vt *tunc demum* (notentur particulæ laxatiuæ) ex vno latere coniunctus dicatur trāsportare gradum,

dum, quando cum fratribus vterinis vel consanguineis concurrit vtriusque coniunctus, sicut planè indubitatum est, quando cum fratribus vterinis vel consanguineis concurrit vtriusque coniunctus, præferri ex utroque latere coniunctum propter duplex vinculum. Authent. itaq; C. comm. de success. sicut & e contra, quando cum liberis fratrum vtriusque coniunctorum concurrit vterinus vel consanguineus, tunc omnes pariter succedunt, ex quo pariter reperiuntur in tertio gradu. Verùm quando cum auunculo vel patruo certat vterinus vel consanguineus, eo casu potius consideratur *sanguinis propinquioris vinculum*, quia ex eodem sanguine patris vel saltè ex vno eodemq; utero matris fuerunt procreati defunctus & eius frater, qui nunc intèdit succedere, & ita non mirum est, si hic in successione defuncti præfertur patruo vel auunculo, non obstante gradus paritate. Hæc Colerus. Etsi aut horum testimoniorum partim verba taxatiua, partim rationum illarum, puta, *hereditatem recto sinu*, h. e. recta linea ab eodem propinquiore stipite (nam ij collaterales, qui utuntur stipite

cum

cum defuncto cōmuni remotiore quàm alij, in sinu recto nō sunt, sed obliquo) *non debere excidere*: Item, *in Speculo Sax. non expressum esse*: Itē, *sanguinis propinquioris vinculo iungi*, amplitudo & generalitas euidētissimo documento sint, tām additionatoris & apostillatoris ad ius Saxonicum, quàm domini Coleri aliam mentem esse non potuisse, quàm ultra casus in d. art. 3. in versic. nam si alterutrum, & art. 20. lib. 2. Sp. Sax. disertè expressos, vnius aut duplicis vinculi rationem amplius minimè habēdam, sed in successione reliquorum transuersalium ad ius commune recurrendum esse: quia tamen his non pensitatis irrationabilis illa restrictio supra notata à quibusdam adhibetur, vt fratrem quidem ἑτεροδουλῆ, ita vt dictum, patruo ab vtroque latere præferendum, inter liberos autem eorundem & cæteros quosuis vtrum cognatio cum defuncto solitaria sit, vel agnatione simul firmata, considerandum rursus censeant; eapropter, vt quod antiquorum Doctorum de hac cum sensu communi ipsaq; natura pugnante sentētia, vt suprà ostensum, fuerit iudicium, &

& dein, quid hodie quoque pronuncian-
do apud plures seruetur, appareat; refero
me cū ad clarissimorum illorum octo
Doctorem vota iam anno 1519. edita, quę
habentur inter consilia Simonis Pistoris
consil. 15. tū ad subsequentes sententias
quatuor distinctorum collegiorum iuri-
dicorum, in casu cum facti specie ab ini-
tio proposita, excepto vno gradu, sed eo
remotiore adhuc, congruente, confor-
miter planē ad consultationes quorūdam
pronunciatas, quarum formalia habent
vt sequitur.

vol. i. confi-
liorū Mo-
destini Pi-
storis.

*Sententia facultatis iuridicę
Lipsensis.*

Unsere freundliche dienst zu vorn. Erbare
vnd wolgelahrter günstiger guter Freund/
auff ewre an vns gethane frage / darüber ihr
euch des Rechten zuberichten gebeten / ers-
achten wir nach fleissiger erwegung derselz-
ben zuerfeñen gegründtes Rechtens zuseyn/
Ist vor der zeit Herz N. N. zu N. ohne Tes-
tamente mit Todt abgangen / vnd seines
Vattern Bruders Kindesfinder an einem/
vnd

Casus hi
sunt, I. Quā
do in suc-
cessione cō
currūt fra-
ter ab vno,
& frater ab
vtroq; late-
re. art. 3. lib.
1. Sp. Sax.
II. Quando
concurrunt
frater ab v-
no latere, &
fratris ab
vtroq; libe-
ri. art. 20.
lib. 2.

vnd N. N. Erben / als seiner Großmutter
Kindeskinder am andern theil / nach sich ge-
lassen. Ob nun wol N. vnd N. des verstor-
benen N. Stieffbruder gewesen / vnd son-
sten nach Sachsenrecht in etlichen Fällen
die halbe Geburt einen Grad weiter verset-
zet / So ist doch solches auff diesen gegen-
wertigen fall nit zu extendiren / sondern wer-
den desselben vngachtet / die obgemeldte N.
Kindeskinder den N. in des N. Verlassens-
schafft billich von Rechtswegē vorgezogen.

Ordinarius, Senior, vnd andere
Doctores, der Juristen Facultet
zu Leipzig.

*Sententia facultatis iuridicæ
Rostochiensis.*

Unsere freundliche dienst zuvorn. Ehrns-
vester / vnd Hochgelahrter / günstiger guter
Freunde / als jr vns einen bericht neben bey-
gelegtem arbore consanguinitatis sub lite-
ra A. vnd B. zugeschickt / vñ euch darüber des
Rechten zubelehren gebetē / Demnach eracht-
ten wir Dechand / Senior, vnd andere Do-
ctores der Juristen Facultet in der Vniuersi-
tät zu Rostock / darauff in den Rechten ers-
gründet

gründet seyn/ Ist Herz N. N. ohne auffrich-
 tung eines Testaments mit tode abgangen/
 vnd hat nach sich seines Vatters N. halb
 Bruder/als N. vnd N. Kindesfinder an eis-
 nem / vnd dann seiner Großmutter N. N.
 leiblicher Schwester N. N. Kindesfinder
 am andern theil / vnd denn zu Stadt vnd
 Landrecht eine ansehnliche Erbschafft hinter
 sich verlassen/ So hat er mit mehrem Reche
 solche Erbschafft auff seines Vatters halb
 Bruder Kindesfinder / die ihm im fünfften
 Grad der Sipschafft verwandt / als seiner
 Großmutter Schwesterfinder / so im in se-
 xto cōsanguinitatis gradu angehörig / ver-
 fellet/ Vñ kan dasjenige / was von zweyung
 der Brüder im Sachsenrecht statuiret / in
 gegenwertigem fall nicht statt finden / noch
 des abgestorbenen Herrn N. N. Vatters
 halb Bruder Kindesfinder in ein fernner vñ
 weiter Glied versetzen / Alles von Rechts-
 wegen/ Des zu vorkundt haben wirs mit vns-
 ser Facultet Insigel besigelt/ Geben zu Kos-
 stock / den 30. Junij, anno 1589.

Dechand / Senior, vnd andere Doctores der
 Juristen Facultet zu Kossstock.

Senten-

*Sententia facultatis iuridicæ
Helmstadiensis.*

Unsere freundliche dienst zuvorn. Ehrn-
vester/Erbar/Hochgelarter insonders guter
Freund/auff ewren vns gethanen bericht vñ
angeheffte frage/darüber jr euch des Rech-
ten zubelehren gebeten/Sprechen wir Des-
chant/Ordinarius vñnd andere Doctores
der Juristen Facultet inder Fürstlichen Jus-
lius Vniuersitet zu Helmstadt vor Recht/
Ob wol nach Sachsen Rechte der Stieff-
bruder ins dritte Glied gezogen/vñnd also
vom vollen Bruder in der succession exclu-
dirt vñnd außgeschlossen wirdt/Jedoch weil
in erwehnetem Sachsen Rechte nirgendts
cauire noch versehen/das derogleichen in
weiteren Graden geschehen solle/vñnd der
verstorbene N. N. seines Vattern/so in glei-
chem N. N. genandt gewesen/halb Bruders
Kindeskinder/so ihm dem verstorbenen N.
N. im fünfften Grad verwandt/an einem
theil/vñnd seiner Großmutter Schwester
Kindeskinder/so im sechsten Grad befuns-
den/am andern theil ab intestato hinder sich
verlassen hat/So werden des halb Bruders
Kindes

Kindeskinder der Großmutter Schwester
 Kindeskindern in successione intestata
 præferirt vnd vorgezogen von Rechtsweg
 gen. Zu vorkundt mit vnser Facultet Insigel
 verfertiget. Actum Helmstadt den 14 Julij
 anno 1589.

Dechand/ Ordinarius, vnd andere
 Doctores, der Juristen Facultet
 daselbst.

*Sententia Scabinorum Ie-
 nensium.*

Unsere freundliche dienst zuvorn. Ach-
 bar vnd Wolgelahrter guter Freundt / auff
 ewre an vns gethane frage sprechen wir vor
 Recht / Ist N. N. ab intestato verstorben/
 vnd hat seines Vatters halben Bruders
 Kindeskind an einem / vnd seiner Groß-
 mutter N. leiblichen volnbürtigen Schwe-
 ster N. Kindeskind anders theils hinter
 sich verlassen / Ob nun gleich desz orts / da
 sich dieser fall zugetragen / das Sächsische
 Recht gebräuchlich / Dennoch aber hat der
 verstorbene N. alle seine Erbschafft auff sei-

Notetur
 hæc senten-
 tia, pro de-
 claratione
 proximè
 adducti lo-
 ci ex Cole-
 ro, fuit e-
 nim is Pro-
 fessor &
 Scabinus
 Ienenfis.

H nes

nes Vatters halb Bruders Kindesfinder
allein gebracht / vnnnd haben sich der Groß-
mutter Schwester Kindesfinder / als die eis-
nes Grads weiter / daran keiner Gerechtig-
keit anzumassen / von Rechtswegen / Ur-
kundtlich mit vnserm Insigel verfertiget.

Verordnete Dechand / vnd andere Do-
ctores des Schöppenstuls zu
Jehna.

Quòd si verò nunc alicui necdum vel
rationes adductæ, vel autoritates tot iuris
interpretum satisfaciunt, is velim postre-
mò & huc attendat, an nō allegatam con-
suetudinem vel hoc si non planè euertat,
saltem suspectissimam reddat, etiam si pro
particulari tantum, nedum generali de-
fendi velit, quod eam pro legitima, & quæ
interuenientibus necessariis requisitis in-
troducta sit, venditare posse, continere
veram *ἀδυναμίαν* videatur. Cùm enim, teste
experientiâ, casus eiusmodi, vt de intesta-
ta successione in quarto, quinto, sexto aut
vlteriori aliquo gradu alicui cognatorum
quæri soleat, in vno seculo vix bis terve
contingere soleant: consuetudinem au-
tem

tem ex actibus frequentibus. l. 3. ibi, frequenter seruatum videmus. C. de ædific. priuat. l. siue. 32. §. penult. ibi, consuetudinem semper obseruatam. C. de excusat. tut. l. 1. ibi, frequenter. C. quæ sit lon. consuet. ad minimum verò duobus, iudicialibus tamē, quod nimirum iudex pro consuetudine bis pronunciarit, & quidem iure ciuili intra decennium, induci oporteat. Andr. Gail obs. pract. lib. 2. obseruat. 31. n. 3. & 7. Mynsing. centur. 6. obseruat. 41. num. 7. non certè video, quū solida aliqua asseueratione, vel saltem sine probabili aut iusto dubio dici possit, id quod de transitione fratris ab vno latere in gradum remotiorem in d. artic. 3. lib. 1. Spec. Saxon. disponitur, ad omnes & quoscunque gradus etiam in casibus rarissimè contingentibus consuetudine aliqua ad iuridicam decisionē allegabili extensum esse. Sed præsuppositâ sanè legitima introductione eiusmodi cōsuetudinis quibusdam in locis, præsupposito item quod eiusmodi consuetudo subsistere debeat, vtut erroneo principio constet, q̄ profectò iura superius relata nō admittunt, cū tamen

ab omnibus adhuc in materia consuetudinis concorditer receptum videã, quòd, quando aliquid vario modo obseruari reperitur, dispositioni iuris communis standum sit, Bart. in l. 2. num. 22. solu. matrim. Alex. consil. 127. incip. viso instrumento locationis, in fine, vol. 5. Aretin. consil. 23. incip. in præsentì. Roch. Curt. in enarrat. c. cum tanto. sect. 4. nu. 69. in medio. extrà, de consuetud. Pet. Rauennas in enarrat. eiusdem tituli sect. 5. nu. 24. nouissimè in terminis iuris Saxonici Elector Augustus in nouellis constitutionibus; constit. 17. ibi, *Diueil aber solcher Text mehr denn auff einen verstandt vnd meynung gedeutet vnd gezogen wird/ So sind vnser Verordneden hierinnen einig / daß nach gemeinen Keyserlichen Rechten/* etc. parte 3. finem facio, & quæ hactenus à me dicta sunt, iudicio & correctioni legali peritiorum eã, quæ hominem iuuenem decet, modestiã lubens subiicio.

CON-

CONSILIVM


D. TILEMANNI BRANDES

*eiusdem cum precedente questione
argumenti, cui subscripserunt
tùm alij, tùm etiam D. Iohannes
Lindeman, & D. Simon Pistoris,
uterque Ordinarius quon-
dam Lipsensis.*



VIDAM Albertus Schaper
decessit, relicta post se opulen-
ta hæreditate, ad quam aspi-
rant, & sibi eam delatam esse
existimant duæ partes, altera partium di-
citur Hermannus Bardewick / altera verò
die Schuner / ille est filius auunculi ma-
gni, qui auix defuncti ex vno latere tan-
tum coniunctus fuit, isti verò Schuner
sunt filij propatrui, qui proauo defuncti
fuit vtrimque coniunctus, *ut ex subiecto
schemate videre est.*

H 3 Aba-



Vnde oritur dubium: Vtrum Hermānus B. tanq̄ proximior in successione hæreditatis Alberti, præferri debeat p̄nominatis Schunern/an verò obftet decisio iuris Saxon. lib. 2. art. 20. & alij consimiles articuli quib. cauetur, q̄ fratres & sorores fratrum & sororum vtrinq; cōiunctorum hæreditatē vendicant, & præferuntur fratribus & sororib. ex altero parentū cōiunctis. Idem dicitur de filiis fratrum & sororum ex vtroq; parente coniungendis in successione illis, qui ex altero parente sunt coniuncti?

Respondeo dictum Hermannum B. in hereditate & successione prælibati Alberti S. præferendum esse, quia in hæreditate & successione ab intestato regulare est, vt propinquiore defuncto remotiorib. præferatur, etiamsi sint collaterales, deficientibus

tibus nimirum descendentibus & ascen-
 dentib. defuncti, de cuius hæreditate tra-
 ctatur, vt l. 2. §. hæreditas. & §. proximū. de
 fu. & legit. l. 1. §. proximus. & §. gradatim.
 vnde cognati, & Inst. de succes. cognat. in
 pr. dictus Hermannus autem fuit proxi-
 mior Alberto q̄ dicti Schuners/ quia Her-
 mānus fuit ei coniunctus in quinto gradu,
 & dicti Schuner in sexto, secūdum com-
 putationem graduum de iure ciuili, qua
 vtimur in successione hæreditatis, vt l. Iu-
 riscons. §. 5. & §. 6. gradu. de gradib. Sequi-
 tur igitur in successione p̄ferri debere cæ-
 teris. Premissis non obstat dictum ius Sax.
 quia loquitur in casu, quo concurrunt in
 petitione hæreditatis fratres vel sorores v-
 trimq; coniuncti, tunc enim vtrimq; con-
 iuncti illis anteferuntur, qui ex altero pa-
 rentum descendunt, in quo casu non su-
 mus, vt ex premissis patet. Locū itaq; dicti
 iuris Saxonum decisio hīc non habet. V-
 bicunq; enim verba non conueniunt, dis-
 positio vendicare locum non potest. l. 4.
 §. prætor. vers. toties. de dam. inf. l. ista au-
 tem, in pr. de administ. tut. Dictæ verò de-
 cisionis iuris Saxonici verba casui nostro

adaptari nequeunt, cùm neque Herman-
nus B. neque aduersarij fratres quondam
Alberto S. fuerint. Quare dispositio eius-
dem iuris hîc locum habere non potest.

- 4 Secundò, dicta cõclusio, quòd Herman-
nus B. aduersariis suis in hæreditate dicti
defuncti sit anteferendus, fundatur per
textum expressum in §. si verò neque fra-
tres neque filios fratrum, in Auth. de hæ-
redit. ab intest. vbi dicit textus: Si defun-
ctus neque fratres, neque filios fratrum
reliquerit, omnes deinceps à latere co-
gnatos ad hæreditatem vocamus, secun-
dum vniuscuiusq; gradus prærogatiuam,
vt viciniore gradu reliquis præponatur.
Ecce aperta nostri casus decisio, quia in
hoc casu defunctus neque fratres neque
filios fratrum reliquit: proximior itaque
cognatus à latere ad illius successionem
vocatur. Idem dicit Auth. post fratres. 2.
C. de legitim. hæred. quæ sumpta est ex d.
§. si verò. Et quia clarum textum iuris ha-
bemus, cessat probabilis dubitatio. l. an-
cillæ. C. de furt. & l. quod Labeo. ad Car-
bon. In incertis enim non certis, &c. Ne-
que articulus iuris Saxonici præallegati
hunc

hunc casum tangit. Non poterit itaq; dici, quod dictum ius commune positum in d. §. si verò neque fratres, & d. Authent. post fratres. 2. sit correctum aut reuocatum.

Quod enim non tollitur, cur stare prohibeatur, per iura vulgaria. Tertiò, statuta recipiunt interpretationem à iure communi. C. de nox. Bart. in l. omnes populi. in 6. quæst. princip. de iustic. & iur. Sed in dicto statuto iuris Saxonum deciditur casus successionis inter fratres & sorores ex altero parentum, & talis decisio est conformis iuri communi, vt supra ostensum est, per d. §. si verò neque fratres, & d. Authent. post fratres, & quoad illos sunt in vltiori gradu, & traditur nihilominus de iure communi, quod is etiam in collateralibus succedit, qui fuit defuncto in gradu propinquiori; ideò eandem interpretationem secundum ius commune facere debemus in dicto statuto iuris Saxonici per præmissa. Quartò, pacta & leges

æquiparantur de iure. l. pactum inter hæredem. & l. non impossibile. de pact. quod verum esse in statuto maximè, constat etiam ex eo, quod statuta sint conuentiones

H 5 & pa-

& pacta. l. sed ea. & l. de quib. de legib. Sed ita est in pactis & conventionibus, quod casus omissus remanet sub dispositione iuris cōmunis, per quod deciditur idem casus noster pro præfato Hermanno, uti pro illo, qui fuit defuncto Alberto S. de cuius hereditate agitur, proximior in gradu cognationis. Ergo illi succedere debet. d. §. si verò neq; fratres. & d. Auth. & per hoc constat dictum ius Saxonum præfato Hermanno B. non obstare.

Appendix ad responsum præcedens.

7 Scripsi superioribus diebus ea, quæ præmissa sunt, arbitratus ea sufficere. Verùm nunc accepi, quosdam esse, qui adhuc latiora scripta requirunt, quam obrem prioribus scriptis quædam adiungere curavi super eo articulo: An non existētibus fratribus vel sororibus vtrimq; cōiunctis, aut ex altero parentum, & eorum filiis, in reliquis etiã sit differentia successionis, ex eo quod articulus iuris Saxonici lib. 1. artic. 3. dicit hæc verba: *Ist aber da zweyung an/die mögen an einem Glied nit bestahn/vnd treten vorbas an ein ander Glied.* Ex quib. verbis quidã dicunt, illos qui post fratres fratrum-

trumve filios ex utroq; & ex altero tantum
 parentum progeniti sunt, non esse in eodem
 gradu, ex eo solo quod primi, ex quib. de-
 scenderunt, non fuerunt utrimq; coniu-
 ncti; quam opinionem dico non subsistere &
 falsam esse. Per hanc enim tolleretur arbor
 consanguinitatis, quae in multis libris, vide-
 licet, infortiato, decretalibus, &c. depingi
 consuevit, & ea iura, ex quib. illa formatur,
 corrigerentur. Nam in illis ponuntur gra-
 dus pro filiis fratrum tam utrimq; q̄ ex al-
 tero parentum coniuictorum non diuersi
 sed iidem. Cum ergo illae leges non distin-
 guant quoad gradus inter coniuictos ex
 utroq; & ex altero parentum, nec nos distin-
 guere debemus, per iura clara. Nec corre-
 ctio iurium, ex quib. arbor consanguinita-
 tis sumpta est, debet admitti, cum hoc neq;
 iure com, neq; iure Saxonum caueatur. Suc-
 cedit ergo regula: quod non mutatur, qua-
 re stare prohibeatur. Et sic iurium correctio
 fieri non debet, ut est gl. in c. cupientes. §. si
 super. de elect. li. 6. sed iura potius sunt iu-
 rib. concordanda. Ut itaq; vitetur dictorum
 iurium correctio, & iura iurib. concorden-
 tur, dicendum est, quod dictus articulus
 iuris Saxonum intelligendus est, quod si

8

9

lij fratrum ex altero parentum cum filiis fratrum vtrinq; coniuñtorum non sunt in eodem gradu, h. e. non simul succedunt, quia vtrimque coniuñcti aliis præferuntur. Auth. cessante. C. de legit. hæredib. & Authen. itaque. C. comm. de success. non quòd habeant gradum remotiorem, quàm vtrimque coniuñcti, sed quòd hi illis in successione præferuntur. Et ad hoc pondero verba dicti iuris Saxonici, quibus dicitur, postquam de vtrimque coniuñtorum filiis locutus est, *Yst da zweyunge an/so mögen sie an einem Gliede nicht bestahn/* non dicitur, *so mögen sie an einẽ Gliede nit stahn/* hoc esset eos nõ poni in eodem gradu, sed dicit *bestahn/* quod importat simultaneam stantiã, quam de iure habere non possunt, propter prærogatiuam filiorum vtrimque coniuñtorum, qui in hoc aliis præferuntur. Et ita intelligendo cessat iurium correctio. Hoc etiam suadet iuris ratio, vt sic interpretemur, quia in statutis sunt verba strictè & propriè accipienda. l. 3. §. hæc verba. de negot. gest. & similibus. Debent igitur verba prædicta sic interpretari, vt per ea ius commune non corrigatur.

Hæc ponderatio merito reiiicitur. inf. n. 41.

10

e.

gatur.

gatur. Præterea lex nova siue statutum 11
nouum trahitur ad l. antiquã, & per illam
determinatur & declaratur. l. non est no-
uum, cum seq. de legib. quod declarat gl.
in l. ideò. eod. tit. Nam Auth. offeratur. C.
de lit. contestat. vult, quòd reus debet sa-
tis dare iudicio fisci, quod generale dictum
declaratur, determinatur & distinguitur
per legem antiquã, videlicet per l. scien-
dum. qui satisd. cog. quod hoc locum ha-
bet in eo, qui immobilia bona in loco nõ
possidet, is verò qui bona immobilia in
loco possidet, non tenetur satisdare, per
eandem l. sciendum. Et hoc etiam nota-
tur per gl. & Doct. in d. Auth. offeratur. &
in d. l. sciendum. Idem videmus in l. si quis 12
seruo. C. de furt. vbi qui conatur corrup-
pere seruum, licet non corrumpat, tamen
ex dolo suo tenetur, perinde ac si corru-
pisset, quæ lex licet loquatur in seruo tan-
tum, tamen extenditur ad corruppẽtem
filium, per legem antiquam l. vt tantum.
de seru. corr. vbi æquiparatur corruppẽs
seruum & filium: Et hoc notat gl. & Doct.
in d. l. si quis seruo. Et quod iura noua ge- 13
neraliter loquentia recipiant restrictio-
nem

nem & distinctionē per iura vetera, habet locum, etiam si in lege vel statuto nouo esset adiecta clausula, *non obstante aliqua lege vel statuto in cōtrarium faciente*, vt est gl. notabilis in Auth. de hæreditatib. ab intest. venientib. in princ. in verbo, vacantibus, secundum Bar. & alios in d. l. sciendum. & not. Bald. in l. 4. §. quæsitum. si quis caut. & declarat Alex. in d. l. sciendum. Id igitur quod in prædicto iure Saxonum, tãquam in lege vel statuto nouo generaliter habetur, videlicet, q̄ filij fratrum vtrimq; cōiunctorum ex altero parentum non possunt simul stare in eodem gradu, debet distinguui, declarari & limitari secundum ius antiquum, quo cauetur, q̄ illi his in successione præferri debeant, cū aliàs qui eodem gradu sunt, æqualiter succedāt de iure ciuili. l. 2. §. hæreditas. de su. & legit. & filij fratrum sint cum patruis in tertio gradu. l. 3. & Auth. cessante. C. de legit. hære. Deberent igitur simul succedere, iuxta d. l. 2. §. hæreditas. sed in hoc defertur filiis fratrum ex vtroq; parente cōiunctorum prædictum ius Sax. Debet ergo intelligi dictū ius Sax. q̄ non sint dicti filij in eodem gradu,

du, vt in illo simul succedant, tamen in eodē gradu remanent quoad gradus cōiunctionē, sed filij vtrimq; coniuñtorum habent prerogatiuam succedendo. Accedat 14
 præmissis, q̄ statutum semper ita intelligi debeat, vt, quantò minus fieri potest, præiudicet iuri cōmuni, de quo est tex. not. in c. cum dilectus. de cōsuet. quē ad hoc notat Ant. de But. & Inn. & sequitur Alex. conf. 52. inci. viso themate. li. 2. vbi statutum de eligendo intelligitur de confirmando electionem, quia eo modo minus præiudicatur iuri cōmuni, quàm si electio caperetur p̄ actiua vel passiuā electione abbatis ad monasterium: quia secūdum statutum deberet fieri de gremio monasterij Karosensis, si electio propriè caperetur, qđ esset cōtra commune, quo cauetur, electionem fieri debere de gremio illius monasterij, ad qđ Abbas est eligendus. Ne igitur sic iuri cōmuni præiudicetur, electio capitur pro confirmatione. Sic in proposito, vt eò minus iuri cōmuni præiudicetur, necesse est dicere, quod dictus articulus iuris Saxonici non sit intelligendus, q̄ filij fratrum ex altero parētum non sint in eodē gradu cum filiis fratrum vtrimq; coniuñtorum, sed

- quod non stent simul cum eis in eodem gradu quoad successionem, in qua isti illis ex quadam prærogatiua sunt præferendi, alioquin iuri communi præiudicaretur, quo cauetur, quod sunt in eodem gradu cognationis, ut est textus apertus in l. i. de grad. vbi textus indifferenter dicit, filios fratrum & sororum esse in quarto gradu cognationis. Et quod loquatur & intelligi debeat etiã de filiis fratrum & sororum ex altero parente, constat ex eo, quia in l. Jurisconsultus. §. transeamus, textus est clarus, quòd tam fratres & sorores ex altero parentum, quàm vtrimque coniuncti sunt in eodem, videlicet quarto gradu.
- 17 Postremò dico, quòd interpretatio dicti iuris Saxonici fieri non potest, ut filij fratrum aut sororis ex altero parentum sint in remotiori gradu quàm filij fratrum & sororum vtrimque coniunctorum, quod ostenditur. Quia nullam legem aut statutum interpretari possumus, ut intellectus eius sit impossibilis, quia lex debet esse facilis & possibilis. c. erit autem. distinct. 4.
- 18 Sed intellectus prædictus de remotiori gradu est impossibilis: fratres enim etiam si sint

si sint ex altero parētum, sunt tamen cum
 illis, qui vtrimque coniuncti sunt, in se-
 cundo gradu. d. l. Iurisconsultus. §. trans-
 eamus. Postea filij fratrum vtrimque con-
 iunctorum addunt alium gradum, qui est
 tertius. Nam gradus dicuntur ad simi-
 litudinem scalarum & locorum procliui-
 um, quos ita ingredimur, vt à proximo in
 proximum, id est, in eum, qui quasi ex eo
 nascitur, transeamus, vt d. l. Iurisconsul-
 tus. §. gradus. Et semper vnica persona ad-
 dita, nouum gradum constituit. d. l. Iu-
 risconsultus. §. sunt ex lateribus. & in §. &
 si ex inferioribus. Si igitur remotiores es-
 se deberent filij fratrum ex altero paren-
 tum, esset necesse hoc fieri per interposi-
 tionem personæ, ex qua ortum haberent,
 quia persona addita personæ constituit
 gradum. Sequeretur ergo; quòd inter fi-
 lios fratrum ex altero parētum, & patrem
 vel matrem eorum esset persona, ex qua
 geniti essent, & sic pater non esset pater,
 sed auus, & similiter mater non esset ma-
 ter, sed auia, quod est impossibile, quod
 pater non genuerit filium, vel mater eum
 non pepererit, factum enim non esse fa-
 ctum,

I ctum,

ctum, possibile non est. l. in bello. §. facta. de capt. & postl. reu. hoc enim omnipotens Deus facere non potest, vt factū non sit factum. 32. q. 1. c. si Paulus. Et per hoc sufficienter ostenditur, talem interpretationem iuris Saxonici fieri nō posse, quod filij ex altero parentum sint gradu remotiores filiis fratrum vtrimque coniunctorum, & per hoc cessat impugnatio iuris Hermanni B. quod ex præmissis allegatis sufficienter est fundatum.

Tylo Brandes V.I.D. Ecclesie S. Crucis Hildesh. Præpositus propria manu scripsit.

20

QVIA explorati iuris cognoscitur superuacaneè hunc laborem impēdi ab eo, qui solem certat facibus adiuuare, iuxta text. in c. si omnia. 6. q. 1. & rei lucidæ frustra demonstrationem fieri. l. 1. de do. præleg. plenitudinemq; ipsam adiectione nō indigere, nec vlla commendationis argumenta requirere. c. bene quidem. 96. dist. clarissimus verò & eximius dominus Tylemannus Brandes V.I.D. confirmatissimus atq; iuris monarcha, Ecclesie S. Crucis Hildesh. Præpositus, præceptor & dominus

minus meus, de articulo iuris Saxonici ac dubio præscripto disertè & prudèter sentit, atq; illum seu illud copiosè & iuridicè determinavit: eapropter ego *Eggardus Krantz* / inter legū Doctores nouissimus, Ecclesiæ Hamburgensis Decanus, huiusmodi determinationi eiusdè domini præceptoris consentio, sicque super dubio & casu præscripto dicendū & consulendum esse, de iure dico & cōsulo, de sola subscriptione, quam hac mea manu feci, requisitus, & melius sentientis iudicio saluo.

SATIS superq; de casu proposito per egregium & magnificum dominum Doctorem consulentem, ac maiorem meum fuit disputatum, vt cuius intelligenti patet, cui aliquid superaddere nihil aliud esse sentio, quàm tædium generare legenti, ac pluribus inutilibus homines prægrauare. l. i. §. contrarium. C. de vet. iure enucl. Quocirca dignum duco consentire eidem, ac ita cum domino consulente concludo, atque de iure esse verum ego *N. Rissenburger* / in decretis Doctor minimus, dico & approbo huius meæ manus subscriptæ testimonio.

I 2 IDEM

32 IDEM dico & consulo ego *Mathæus Wafebusch*/legum Doctor, & in testimonium me subscripsi.

IN quæstione prædicta maximè quia statutum iuris Saxonum non loquitur in terminis, de quibus suprà in themate, idèò prout supra conclusum est, idem dico & consulo per secundum fundamentum excellentissimi domini Doctoris consultoris ego *Martinus Ebelinck*/inter legum Doctores minimus, in quorum fidem me manu propria subscripsi.

12 DIMISSIS variis & diuersis oppositionibus, seu etiam quam pluribus ex iure Saxonico extractis, & magis curiosè quidem quàm necessariò introductis verborum circuitationibus, & illis propterea non insistendo laboriosius, & parcendo prolixitati, iuxta superius positam facti contingentiam, quodam summario verborum, 22 videtur, quòd tota vis iuris & victoria pro prouido viro Hermanno B. in causa præsentis sufficiat, & inter alia iura resideat in ipsa Auth. post fratres. C. de legit. hæred. cuius verba in effectu hoc volunt, quod non extantibus fratribus seu fratrum ex
Vtro-

vtroq; parente filiis vocantur, qui gradu fuerint proximiores. Et hoc ipsum notatur per Bald. expressè in l. consanguinitatis. C. eod. tit. vbi scias, inquit, quòd ultra filios fratrum stādum est regulæ, qui prior est in gradu, potior est in iure, scilicet ad succedēdum, nulla sexuum aut graduum prærogatiua considerata. Attento itaque quòd præmortuus Albertus nullos post se reliquerit fratres seu fratrum filios vtrimque coniunctos, vtique memoratus Hermannus B. qui ceteris omnibus competitoribus in gradu reperitur proximior, potior est in iure, videlicet ipsius defuncti Alberti omnium & singulorum post se relictorum bonorum successione.

Iohannes de Tunen V.I.D. Lunc-
burgensis Præpositus ad fi-
dem præmissorum manu
propria scripsit.

QV ANQVAM per præstantissimum virum dominum Consultorem luculentissimè secundum iuris dispositionē consultum sit, ita vt superuacuum videri possit aliquid adiicere: quia tamen veritas agitata magis splendescit in lucem, & fru-

etus diuinus est sæpius iusticiam recense-
 ri, vt est tex. & glol. in c. graue. 35. q. 9. ideò
 pro maiori argumētorum corroboratio-
 ne & elucidatione, & præsertim ad illum
 effectum & finem, quod ius Saxon. dicens
 23 vulgariter, an desß Halses Gliede/ &c. ita sit
 intelligendum, prout supra per dictum
 Consulentem deductum est, sc. quod ma-
 neat consanguinitatis gradus per ius Sax.
 inuiolatus, & quod mens statuentium po-
 tius fuerit, quòd liberi ex vtroq; parente
 coniuncti non stent in vno gradu quoad
 successionem capiendam cum liberis ex
 altero tantum parente coniunctis, quoni-
 am in successione prærogatiuam habent,
 & ita concordet cum iure communi, alle-
 go & adiungo imprimis, quòd verifimilis
 24 mens statuentiũ potiùs quàm verba pon-
 derari debeant. c. sedulo. dist. 38. & c. cum
 dilecti. de donat. Sed mens statuentium
 ius Saxonum non videtur fuisse, vt face-
 rent nouum ordinem vel mutationem in
 gradibus consanguinitatis, quoniam hoc
 non erat in eorum facultate, vt clarè pro-
 bat dominus Consulens in postremo ar-
 gumento, & quilibet sanæ mentis facilè
 intelli-

intelligit. Oportet ergo, vt videantur statuiffe de gradibus & prærogatiuis successiõnis, quæ interpretatio accipienda est, vt dispositio potius valeat quàm pereat propter impossibilitatem. l. quoties. de verb. obligat. cum similib. Hoc enim posse quisquam dicitur, quod de iure potest, & vt vnum ius alteri consonet, quia promtum est iura iuribus concordare: iura sunt vulgaria. Et quod ita fit, & fuerit mens statuientium, planè liquet ex aliis articulis eiusdem Speculi Saxonici. Et primò ex artic. 20. lib. 2. vbi sic habetur. **Brüder vnd Schwester nemmen irer ungezweyete Brüder vnd Schwester Erbe vor den Brüdern vnd Schwestern/ die mit inen gezweyete sind von Vatter vñ Mutter. Ungezweyete Brüder finder sind auch gleich nahe den gezweyeten Brüdern an Erbe zunemmen.** Ecce qd manifestius indicare potest, statuentes voluisse loqui in prædicto art. de prærogatiua successiõnis, & nõ de mutatione gradus consanguinitatis, quia ibi (*sc. in ar. 3. li. 1.*) dicit, **ist dar zweyunge/ zc. hic addit declarãdo, an Erbe zunehmende.** Ergo vnus articulus declaratur per aliũ^a, sicut vna lex declaratur

25

^a Hæc declaratio reprehenditur inf. n. 44.

26

I 4 & in-

& interpretatur per aliam, vt plenius intelligi possit, per iura vulgaria, & præsertim in l. non est nouum. & l. seq. de legib.

27 Item secundò liquet mens statuentium ex iure Saxonico in artic. 16. aut 17. lib. 1. vbi apertis verbis dicitur, *Wo sich ein Erbe verschwistert.* Nam ibi ad conformitatem iuris communis & iuxta Auth. post fratres, non fit distinctio de fratribus vel filiis fratrum vtrimque, vel ab altero latere coniuñtorum, sed vocantur quicumq; sunt gradu proximiores. Constat autem dictum Hermannum esse vno gradu propinquiorem, Est enim in quinto, aduersarij verò sunt in sexto. Ergo tam secundum ius Saxonum quàm commune propius accedit quàm alij, & præfertur remotioribus, cùm gradus cõsanguinitatis non potuerint per statuentes ius Saxonum mutari, nec statuentes hoc tanquam impossibile & naturæ contrarium voluisse præsumantur, per iura prædicta. Et propterea nõ obstat, si quis fortè argutè magis quàm verè dicere velit, si fratres & filij fratrum ab altero tantum parente coniuñcti non possunt in vno gradu cum aliis vtrimque

coniuñ-

coniunctis consistere; ergo necesse est, ut quicumque ab illis ulterius descendunt, semper etiam maneant vno gradu remotiores: Quoniam ex præmissis facile dici potest, quod ad sanum & verum intellectum ab altero parente coniuncti non sunt vno gradu remotiores, ita ut intelligatur facta graduum mutatio. Nam hoc est de iure impossibile, non interueniente noua persona, quæ gradum faciat nouum, ut supra; sed ita intelliguntur remotiores, ut ratione coniunctionis ab utroque parente præferantur in successione, h. e. in *Erbenunehmen*/vt in artic. 20. lib. 2. Quod quidem bene consonat iuri communi, secundum quod etiam prærogatiuam habent vtrimque coniuncti ante alios, non quia proximiores in gradu, sed iuris beneficio, quia nituntur duplici vinculo. Et ergo sicut illa prærogatiua cessat à iure communi post fratres fratrumque filios, & vocantur indifferenter, quicumque sunt gradu proximiores: ita etiã de iure Saxonico, quod intelligendum est secundum ius commune, vt non valeat & pereat per impossibilem & absurdam interpretationem, præ-

I 5 fertim

28

es

fertim quia etiam in aliis articulis Sp, Sax.
 declaratur, hoc similiter fuisse de mente
 statuentium, & per expressa verba sic sta-
 28 tuitur, Wenn sich ein Erbe verschwistert/
 20. Et si hodie viuerent conditores iuris
 Sax. & interrogarentur, haud dubiè dice-
 rent illam fuisse mentem suam, nō autem
 quod voluerint novos grad^o absq; media
 persona per impossibile & cōtra naturam
 introducere, & totū ius successionis arbo-
 risq; consanguinitatis cōfundere. Ista autē
 mens debet præsumi, qualis verisimiliter
 fuisset scribentis aut loquentis, si interro-
 gatus fuisset secundum text. in l. ex facto.
 in pr. de vulg. & pupill. cum sim. Et inter-
 29 pretatio vel coniecturatio debet esse veri-
 similis, secundum text. in c. in obscuris. de
 reg. iur. lib. 6. quoniam id attēditur, quod
 verisimile est, secundū Bar. in l. i. C. si cer-
 pet. & in l. i. C. de seru. fugit. dicit enim l.
 benignius, cum l. seq. de legib. quod beni-
 gnus leges sint interpretādæ, quò volun-
 tas earum conseruetur, & in ambigua vo-
 ce legis ea potius accipienda est significa-
 tio, quæ vitio caret, præsertim cū etiam
 voluntas legis ex hoc colligi possit, & con-
 cordat

cordat l. cū inter veteres. C. de fideic. libert. Item interpretatio fieri debet, ne quā sequatur absurdum. l. nam absurdum, iūcta l. precedente, de bon. libert. l. obseruare. §. fin. de off. proc. & leg. & not. Bar. in l. furti. §. patroni. de inf. Et valet argumentū ab absurdo vitando. l. fi. C. de temp. in int. restit. pet. Sed quā absurdum foret, verba illa Teutonica, *Ist dar zweyunge/c.* ita interpretari, quod ex hoc inter cōsanguineos vtrimq; & ab altera parte introduceatur noua & iuri communi diffamis graduum computatio, fatis est suprā per dñm Consulentem responsum. Et planè ex eo liquet, q̄ nihil magis absurdum videri potest, q̄ constituere aliquid, quod & de iure & de facto, & secundum naturā sit impossibile, siquidē facere nouos gradus cōsanguinitatis, vbi non interuenit noua persona, natura fieri nō patitur: ergo lege comprehendī non potest, per d. c. erit aut lex. Et facit ad propositū illa theoricā nobilis. quod per abusiuum modum loquēdi personarum vulgariū seu illiteratorū verbum prolatū nō debet extendi inciuiliter, & q̄ a statutū est stricti iuris, restringi d̄bt ad id, quod

34

34

quod minus habeat absurditatum, vt not:
 gl. & Bald. in Auth. matri & auix. C. qua.
 mul. tut. off. Sed abusiuis est modus lo-
 quendi in vulgari, *Ist aber einige zwenung
 vnter ihnen/so mögen sie an einem Glied nie
 stehen*/vt supra satis ostensum. Ergo debet
 ciuilitate intelligi, sicut intelligit ius com-
 mune, videlicet quādiu sumus inter fra-
 tres & fratrum filios, vt tunc pariter non
 admittantur ab altero parente sicut ab v-
 troque coniuncti, sed vnum vinculum su-
 peretur à duobus, quemadmodum etiam
 ius Saxonum in aliis locis seipsum inter-
 pretatur, non autem quod istud extendatur
 vltra casus, in quibus & ius commune
 & ius Saxonum de hoc statuit, sed vt in a-
 liis casibus post fratres & fratrum filios ser-
 uetur, quod vtrumq; ius & commune &
 Saxonum, claris verbis & cōformiter dis-
 ponit, vt scilicet tunc admittantur qui-
 cunque sunt gradu proximiores, & in hoc
 magis iudicetur secundum ius illud Sa-
 xonum, quod est clarū, quā illud quod
 est ambiguum & vario modo interpreta-
 bile, neque tamen in sano intellectu aliter
 potest accipi, quā ius commune statuit,

vt

suprà, nisi quis iudaico more verbis tantummodò insistere velit. etiam contra rerum naturam, quod tamen fieri non debet, quia verba statuti nō sunt iudaicè intelligenda, & prauus intellectus in his non recipitur, arg. l. 2. C. de legib. Bald. & alij in l. omnes populi. de iust. & iure. Accedit ad hoc, quòd statutum debet reduci ad terminos iuris communis etiam per verba impropria, argu. l. 2. C. de nox. cap. cū dilectus, iuncta glo. de consuet. & factis est quod operetur in eo, in quo non disponit, recurritur ad ius cōmune, quia stricti iuris est. arg. l. si cūm dotem. in prin. sol. matrimon. Nec releuat si fortè quis dixerit, in similibus casibus ita iudicatum & pro consuetudine introductum, vt in similibus casibus ita iudicetur: quia non creditur similem casum in centum aut pluribus annis contigisse, vbi ad hæreditatem defuncti concurrissent filius fratris auix ab altero, & filij fratris proaui vtrimque coniūcti sicut hīc. Et ergo nisi omnino similis casus probetur, non valet consequentia, cūm statuta & consuetudines non extendantur vltra limites suos, nec

præ-

33

34

37

35
 à Videlatiffimè Vuesenbec. cōf. i. n. 54. verfi. neq; verò. & n. 56. parte I.

præsumatur consuetudo nisi probetur in suo speciali casu^a. Nam tantum habet de potentia quātum habet de vsu, vt latè firmat Franc. Curt. cōf. 2. col. 2. & cōf. 14. ac 66. in 10. col. *Imò si aliter esset hucusque dictum ius Saxonum in d. artic. 3. libr. 1. intellectum, quàm vt suprà dictum est, & secundum illum intellectum iudicatum, pessimè & enormiter erratū esset, nec in aliis. talis error ius facere posset, vt clarè probatur in l. quod non ratione. de legib. vbi dicitur, quòd nō ratione introductum est, sed errore primū, deinde consuetudine obtentum, in aliis similib. non obtinet, vt ibi latius. Stat ergo prima conclusio iuxta dominorum Consulentiū decisionē à principio positam, & ita ego quoq; dico & consulo iuris esse.*

*Iohannes Lindeman V. I. D. &
 Lipsia Ordinarius.*

37
 Scripsit hæc D. Simon Pistoris, priusquam factus esset Ordinarius.

PROPTER tatorum virorum in vnam sententiā pronunciantium, cōsulentium & subscribentium tum auctoritatem tum rationes fortissimas nō licet mihi Simoni Pistoris V. I. D. in aliā opinionem transire, præsertim cū sciam istā eorum sententiā;

tiam, ab aliis iam dudum cōmuniter Do-
 ctoribus receptam, vtputā à Bart. in l. post
 consanguineos. §. legitimi. de suis & legit.
 hær. & ibi Alex. in addit. plures alios alle-
 gat, & plenius habetur per Nic. de Vbald.
 in tract. de success. ab intestat. in tert. par.
 princip. nec videtur de iure communi a-
 liquod subesse dubium. Sed omnis diffi-
 cultas in proposito ex verbis iuris Saxoni-
 ci dependet, quod etiam expēderunt do-
 mini Consulentēs. Et pro confirmāda ea-
 rum ratione, qua dicunt computationem
 graduum iuris ciuiliſ per ius Sax. non pos-
 se mutari, addo solenne dictum Baldi in l.
 fi. ad finem. C. de success. ed. vbi multum
 ad propositum inquit, post Iacob. Butrig.
 in l. 1. & 2. de vsufu. ear. rer. quòd ius Ca-
 nonicum non potuit simpliciter & gene-
 raliter immutare veram definitionē gra-
 duum, & naturalem significationem ver-
 borum à iure ciuili introductā, quia talis
 dinumeratio supponitur arithmeticè, quæ
 est scientia naturalis. Et hoc sequitur per
 D. Anchor. in rep. c. 1. ad fi. i. q. de constit.
 Doctores communiter in d. l. fi. fac. §. sed
 naturalia. Inst. de iure natur. cum similib.
 Est

39 Est tamen aduertendum propter defendentes contrariam partem, quod idem Bald. in d. loco limitat dictum suum non procedere, quando statutum expressè diceret, quòd computatio graduum debet fieri secundum ius Canonicum, tunc & validum esset statutum, & sublata esset iuris Ciuilis computatio etiam in successione hæreditatum, quia statutum potest fingere etiam contra veritatem. Nec video quid impediatur, cum ista sint iuris positiua. Si enim essent omnino naturalia, & ut dicit textus in d. §. sed naturalia, apud omnes gentes, quomodo potuisset Papa in cap. ad sedem. 35. quæst. 7. & extra, de consanguinit. & affin. etiam ratione matrimonij mutasse istam graduum computationem? ^b Quare ergo ius Saxoni-

^a
Successio
intestata
quæ defer-
tur ratione
propinqui-
oris sangui-
nis sine du-
bio iuris
naturalis

est. Meritò itaque dubitari potest, an gradus iuris ciuilis, quatenus ex natura propinquiorem sanguinem & ex eo promanantem coniunctionem distinguunt, merè iuris positiui dici queant, ad hunc effectum, ut in totum tolli & immutari possint. Metà certè legitimæ iuris positiui est, ideoque minui potest, at quia materia ipsa legitimæ iuris naturalis est, legitima in totum statuto aut consuetudine auferri non potest. Andr. Gail. 2. obs. 122. Mynsing. cent. 3. obs. 43.

^b Quid Papæ non licet? Adhæc matrimonium & effectus matrimonij non ita sunt iuris naturalis ut successio ratione sanguinis. §. natura siquidem. Nou. 89. ideo nec eadem vtrinq; graduum ratio.

CUM

cum non deberet solùm quoad vnum casum posse variare computationem graduum iuris Ciuilis, & eū, qui est in secundo gradu censere tanquam sit in tertio^c, prout facit ius Canonicum, reputans fratrem in primo, etiam si reuera sit in secundo gradu. Neque per ius Saxonicum tantum variatur computatio graduū, quantum per ius Canonicum, quod omnino tollit computationem in collateralibus; *iure Saxonico autem solùm in vna persona, scilicet fratris ex altero latere tantum, variatur.* Nec videtur hoc casu necessaria persona media: quia frater ex altero censetur in tertio gradu non secūdum veritatem, sed per quādam fictionem, quæ tantum operatur in casu ficto, quantum veritas in casu vero. l. qui ad certum locati. Imò videtur hoc casu præferenda veritati, ex quo tendit ad aliud quàm veritas. l. siquidem posthumos. §. i. de lib. & posth. Bar. in l. filio. eod. tit. Et videmus pleraq; alia de iure communi statuta, quæ non minorem habent rationem quàm computatio graduum, à iure Saxonico mutata. Magna est enim vis statuti corrigendo ius ciuile.

^c Quod ad hunc vnicū gradum attinget, nihil videtur ambigendum, arg. l. 6. in verbo, aliquid. de iustit. & iure, quantum verò ad reliquos, est quod dubietur. d. l. 6. ibi, neq; in totum.

40

K l. omnes

I. omnes populi. de legib. si de correctione
 constat, prout certè hoc casu non potest
 41 bene negari. Videtur enim magna violē-
 tia dicere, quod id verbum iuris Sax. *be-
 stehen*/in artic. 3. lib. 1. debet importare si-
 multaneam instantiam, non autem præ-
 rogatiuam graduum. Nam sequentia ver-
 ba non admittūt, quibus dicitur, *vnd foms-
 men an ein anders Glied* / vel, vt refert pri-
 mus Consulens, *schreitet ins ander Glied*.
 Inciuile enim est nisi tota lege perspecta,
 vna aliqua eius particula proposita iudi-
 care vel respondere. l. inciuile. de legib. Et
 dicere duos simul stare, quorū vnus trāsit
 in remotiorem gradū, continet magnam
 repugnantiam, contra l. vbi repugnantia.
 42 de reg. iur. Cū ergo habeamus, statuto-
 rum verba nō debere esse frustra, sed sem-
 per aliquid operari & addere iuri cōmu-
 ni. l. 4. §. prætor. vbi Bar. & alij. de dam. inf.
 impossibile videtur in terris iuris Saxon.
 asserere, quòd frater ex altero parente sit
 mihi in eodem gradu, quo frater ex vtro-
 que, prout est de iure cōmuni, cuius ver-
 ba non sunt concepta super gradu, sed so-
 lūm super vinculorum pluralitate. Et ideò
 cūm

cùm gradus maneat idem, nō mirū quod vinculorum pluralitas non extenditur ad alium casum, quàm in quo ius nouum loquitur; cùm limitata causa limitatū producat effectū, nec possit vnum vinculum immediatè cadere præterquam in fratre^d. Quinimò redigēdo rem ad naturā ipsam, videtur ius Saxonicum multò rationabilius in hoc casu quàm ius cōmune. Vnusquisq; enim vno gradu plus amat fratrem vtrimq; coniunctū & ex eo descendentes, quàm coniunctum ex vno latere^e. In re ergo dubia melius est seruire verbis. l. i. §. si is qui nauē. de exercit. Non enim à verbis iuris Saxonici discedi potest, nisi de contraria voluntate cōstet & manifestum sit. l. ille aut ille. §. i. & l. non aliter. de lega. 3. Persuadere verò hoc in proposito ex artic. 20. lib. 2. vt facit quidā ex subscribentibus, ponderando illa verba, *an Erbe zu nemmen/est* expressè contra verba præcedentia, quib. dicitur, *Ungezweyeter Brüder Kinder sind auch gleich nahend dem ge-* dispositio profectò iuris Saxonici vltra, quàm se porrigit eiūdem ratio, & sic ad descendentes à fratre ab vno latere & quosuis cognatos *μονοπλῆρως*, extendi non poterit. l. milites. 13. de re milit. cum similib.

^eRatio hæc, vt testatur experientia, fallax est.

^d Benè. At vnicum vinculum pro causa expressè ponitur, ob quā frater ab vno latere in gradum remotiorem transire debeat, vt clarè patet ex textu Latino art. 3. lib. 1. Spec. Sax. vers. nam si
43 alterutrum, ibi, ob id. Siquidē ergo vnitas vinculi tan-
44 quam causa transportationis in gradum vltiorem in solum fratrem cadit, eiūdem ratio

R

2

zweyeten

zweyeten Bruder/ denn wie ist es ihnen möglich/ daß des ungezweyeten Bruders Kinder mit dem halben Bruder gleich nahend seyn sollen/ vnd auch mit dem ungezweyeten Bruder in einem gradu bestehē? Ideò enim ius Saxon. dicit filios fratris vtrimq; coniunctos esse, gleich nahend/ h. e. in eodē gradu cum fratre ex vno latere tantum, quia, sicuti filij fratris vtrimq; coniuncti tam secundum ius commune, quàm ius Saxonicum sunt in tertio gradu (dicit enim textus iuris Saxonici in d. artic. 3. Ungezweyeter Brüder Kinder/ die stehen an dem Glied/ da Schultern vnd Arm zusammen gehen) Ita etiam is, qui vno tantum latere est cōiunctus. Et est iste textus in d. artic. 20. etiam expressè contra ius cōmune in Auth. cessante. C. de legit. hæc. vbi dicit, filium fratris ex vtroq; latere præferri fratri ex vno latere tantum, cum ius Saxonicum eos simul admittat sola ista ratione, quia collocat fratrem ex vno latere in tertio gradu, nec attēdit pluralitatem vinculorum aut ius repræsentandi, prout fit de iure communi. Quinimò si diligenter attendimus computationes graduum iuris Saxonici,

non

non ita fit ascendendo & descendendo, prout de iure ciuili, quare persona media non desideratur ad hoc, vt dicatur constitui gradus. Succedet ergo communis regula quæ docet, quod correctæ ratione legis lex ipsa subsistere nõ possit. Cùm ergo in præsentī casu determinatio ex iure cõmuni fiat pro Hermanno B. nulla alia ratione, quàm quia frater auic ex vno latere est in quarto gradu, & sic filius eius est in quinto, & excludit alium in sexto, illa verò ratio secundum ius Saxonicum sit correctæ, quia illud ponit fratrem ex vno latere in tertio, sequitur necessariò, quod ipse Hermannus erit in sexto ^f, & sic pariter succedet cum suo aduersario. Idq; multis aliis legibus, rationibus & actionibus facile confirmari posset. Sed tamẽ obstat pronunciantium & consulentium autoritas, cui per ista nihil detraxisse volo, sed solùm vt alius cogitandi materiam habeant, adduxi, & sententiæ ipsorum, *quam*, vt Iuriconsulti verbis vtar in l. quæsitum. §. sed si fundus. de fundo instr. *quotidie emergere & inualescere videmus*, me subscripsi, imitari potius volens Caium in l. si ædib. de dam.

^f
Imò non, quia, vt dixit n. 40. ipsemet Cl. dominus Consulens, frater ab vno latere in tertio gradu iure Saxonico est non per veritatem sed fictionem. At fictio nõ extenditur. Iacob. Menoch. de præsum. lib. 1. q. 8. n. 35. per l. lex Cornelia. & ibi gl. de vulg. & pup. substit. & Alex. cons. 10. n. 5. lib. 3.

inf₃

inf. & in l. dicere autem. de arbitr. quàm Saturninū in l. i. de Senat. pro quo tamen facit textus in l. i. §. sed neq; C. de vet. iur. enucl. vbi dicitur, quod ex multitudine autorum nō debemus iudicare quid melius & æquius sit, cūm possit vnus forsan & deterioris sententia & multos & maiores in aliqua parte superare. Adde ergo pro hac parte addit. ad Bart. in Auth. post fratres. C. de legit. hær. & quæ tradit Bald. in conf. 188. par. 1. quod est repetitum cōf. 424. par. 2. Et in casu non multum dissimili egregium consilium præceptoris mei Frāncisci Curtij, quod habetur impressum post tractatum suū feudalem, septimum in ordine, vbi in terminis statuti disponētis, quòd agnati defuncti transuersales vsque ad quartum gradum inclusiue, computando secundum ius Canonicum, excludant filias dotatas, saluo, nisi in territorio statuentium nupserint, nam tunc tantūmodo excludi debeant ab agnatis masculis existētibus in primo gradu, per pulcherrimas rationes determinat, quod in illa exceptione, *saluo*, cōputatio graduum fieri debeat non secundum ius Canonicum,

cum, vt in prima parte statuti dicitur, sed potius secundum ius Ciuile, quæ rationes omnes militant in casu nostro, & facile videri, & ad propositum applicari possunt. Amore ergo breuitatis omitto.

Huic subscriptioni in editione Lipsensi subiecta est subsequens additio.

Ne tot subscribentium autoritas te fortè seducat, lector candide, scias sententiam illam, quam contra alios in subscriptione sua acutè & eleganter defendit D. Simon Pistoris (licet interim ætatis habita ratione, cum hæc scriberet, vix 28. ætatis annū compleuisset, modestiæ gratiâ vel dicis causa reliquis accedat) vsu iam inoleuisse & receptam esse, vt ratio illa, qua iure Saxonico frater vtroque parente coniunctus præfertur fratri ex altero tantum, ad quascunq; successiones extendatur, & secundum eam, in computatione graduum, descendentes à fratre ex altero tantum, remotiores semper esse censeantur, quàm descendentes ex fratre ab vtroque parente coniuncto, quemadmodum testatur auctor

g
Hic an iuridicus & conformis sit, vide præpositam quæstionem in responsione ad vltimam dubitandi rationem.

auctor differentiarum, different. 26. & D.
Schneidevvein Instit. de hæredit. quæ ab
intest. defer. tit. de success. fratrum ex vno
latere tantum. n. 35. h

h Iuris Saxonici vsus est non in vna sed pluribus curiis; allegatæ er-
go autoritates vsum generalem, so ein Landvblich Sachsen Recht
constituiren solle/ non probant. Doctori enim attestanti de consuetu-
dine solum creditur quoad consuetudinem illius curiæ in qua versa-
tus est, non etiam quoad consuetudinem aliorum locorum, secûdum
distinctionem Hispani relatam ab Anton. Gabriel. Roman. lib. i. tit. de
probat. conclus. 4. n. 2. I. E.


b
o
r-
ot
i-
a-
n
le




Kp 2057

X 220698A

MT





QVÆSTIO,
AN SICVT FRATER
AB VNO LATERE,
ITA ET EIVS LIBERI, RELI-
QUIQVE TRANSVERSALES OMNES,
quorum cum eo, de cuius successione intestata quæri-
tur, cognatio *μονόπλευρος* est, in gradum ulterio-
rem iure Saxonico trans-
eant?

DISPUTATA A
IOANNE FRIDERICO *Lignicensesis*,
I. V. CANDIDATO.

Adiectum est eiusdem argumenti consilium D. Tilemani
ni Brandes, cum subscriptione cum aliorum, tum et-
iam Dn. Ioannis Lindemanni & Simonis Pistoris I. V.
Doctorem, & facultatis iuridicæ Lipsensis Ordinatio-
rum quondam clarissimorum.

*Præterea in hoc Opusculo plurimæ tam ad successionis quàm etiam
consuetudinis materiam pertinentes Quæstiones, quæ non tan-
tum in Foro Saxonico, verùm ubiuis locorum quotidie occurrunt,
ex Iure Communi doctè & eleganter explicantur.*

Cum Gratia & priuileg. Cæs. Maiest. ad decennium.

FANCOVRTI,
Impensis Petri Kopffij, & Typis
Martini Lechleri.

M D X C I I I.